Agaru id est afrunuel (?) III 535, 4. praepafru (?) uel agreste III 549, 17. **agaro** id est radicis lisa (lisca?) aqualis III 543, 45.

Agaso *ἐπικτηνίτης* II 309, 8. *ἱπποκόμος* II 332, 62. *δοῦλος κτηνεσσια* (*κτήνους cg. ἐπὶ κτήνεσσιν ἀεὶ παραμένων Scal. ex* II 11, 16: *cf.* agea) II 11, 15. domatio extractoria II 565, 34 (domesticus *Loewe GL. N.* 9. stratoria *Buech.*). domesticus

IV 13, 12; 204, 38; 306, 42; V 263, 38. minister officialis IV 204, 49; 306, 41; V 339, 18; 520, 5; 590, 42; 591, 31 (*saepius* agason *legitur*). qui negotia aliena anteambulat IV 204, 50; V 342, 16 (agapo). qui ante negotia aliena ambulat V 490, 40. qui (*vel* quod) negotia praecedit (*pro qua scriptura Schlutter Arch.* X *p.* 190 procurat *commendat*) V 344, 46 (agabo); 591, 30. *V.* proxeneta. **agasone** equisione (*vel* aequitione) IV 13, 37; 472, 36. **agasones** qui uinum portant uel triticum ad uicturas (uect. *Hildebrand*) V 263, 43. dicuntur custodes equorum quos rustici marscalcos uocant V 583, 7. *Cf. Festus Pauli* 25, 5, *Serv. in Aen.* III 470.

Agauem (!) cantionem nouam V 652, 13 (*Iuvenal.* VII 87).

Agazarius *v.* cassia.

Age δεῦρο II 268, 54. **age** aduerbium hortantis (optantis *G*) est, accipit autem 'dum' et fit una pars 'agedum'. est ergo 'dum' hortatiua (*ita corr. cod. Cors. reliqui* natiua) particula. uel pro 'cito' aut (hac *R*) 'modo' *Plac.* V 6, 1 (*cf.* V 5, 36) = V 45, 25. *Cf.* V *praef.* XVI (*ubi mira contaminatio facta est*). *Cf. Festus Pauli p.* 23, 12. uelociter (*Euseb. eccl. hist.* II *prooem.*) V 418, 18 = 426, 60. *V.* agedum.

Agea πάροδος πλοίου II 563, 7; 11, 17 (agear). *Cf.* **agear** παραμένων (*quod aut ad* II 11, 15 *refert* [*v.* agaso] *aut in* πορεία νεῶν *aut in* παρ' Ἐννίῳ *mutat Scal.*) II 11, 16. **agia** uia in naui longa quae remigis hortantur et nolent ambulare V 438, 8 (*h. e.* qua ad remiges hortatores solent ambulare: *cf. Ind. Ien.* 1885/1886 *p.* VI; *Isid.* XIX 2, 4). **agea** uia in naui longa qua remiges hortantur cum nolunt ambulare *gl. apud Loewium Prodr.* 143 (*eodem modo emendanda*). **ageia** uia nauis in aqua dextra laeuaque V 520, 9; 490, 44 (agela); 560, 30 (agela *et* aquas: *quae truncata est*). **ageta** utagirum nauis V 263, 51 (uia in gyrum nauis). **aegea** uagirum nauis uel recurrens unda V 632, 15. **agia** (?) recurrens unda IV 479, 26 (salacia *H.*). *Cf. Festus Pauli p.* 10, 10.

Ageator hortator V 343, 8. **aegeator** hortator IV 11, 48; 12. 4; 305, 51; V 163, 38; 625, 32. hortator maris a mari Aegaeo *Scal.* V 599, 13 (*ex Osb. p.* 196). **aegeatores** hortator V 262, 49. *Cf. Arch.* II 340.

Agedum ἄγε δή II 216, 10. *V.* aelam, age.

Agelas⟨t⟩us dicitur qui numquam ridet V 546, 18.

Agellus ἀγρίδιον II 217, 15; 490, 63; III 260, 25 (agellum). ager diminutiue II 565, 41. modicus ager V 438, 6. **agellum** altitudinem uel campum aequalem V 490, 41. **agello** diminutiue modica possessio V 263, 44. **agellis** terrae partes (*de Euseb.*) V 421, 73; 430, 61. *V.* in agello.

Agendi ἐλαύνειν II 11, 18.

Agenebotes *v.* hagneuontes.

Agenoris urbe⟨m⟩ Carthago est a Tyriis condita IV 428, 49 (= *Verg. Aen.* I 338, *ubi cf. Servius*).

Agens δραστικός II 280, 55. ἔμπρακτος II 296, 46. πράττων II 11, 19. persequens IV 475, 7; V 263, 27. urgens, persequens V 549, 11. egens II 565, 40 (*ubi* persequens *b*: *cf. Loewe GL. N.* 10, *qui de* gerens *vel* aegenus egens *cogitat*). **agentes** πράσσοντας III 502, 55.

Agens in rebus μαγιστριανός II 11, 20; 12, 7.

Agens telis persequens sagittis IV 428, 50 (*Verg. Aen.* I 191; IV 71).

Ager ἀγρός II 11, 21; 217, 25; III 26, 39; 260, 24; 299, 27. 356, 13; 41; 396, 50; 400, 66; 487. 33. uilla II 565, 38. fundus, rus IV 306, 43. **agri** ἀγροί III 202, 35; 274, 19. praedia, χωρία II 11, 43. *V.* simile aruum, restibilis ager.

Agga festiuitas *ac post* IV 306, 56 (*ubi* agonia festiuitas *Hildebrand p.* 6: *at cf. Roensch Mus. Rhen.* XXX 450). circa IV 471, 31; V 263, 25; 344, 40 (*ubi* ambi *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XVII 121).

Aggenuinant (adg.) adleuiant V 436, 52 (adminiculant?).

Agger χῶμα II 479, 35; 492, 4; 514, 37; 542, 12; III 164, 21; 199, 44; 261, 25. σωρὸς γῆς II 450, 45. σωρός, χῶμα II 11, 22. terra II 565, 39. monticulus manu factus uel terrae congeries IV 473, 41. monticulus uel congeries IV 13, 38. monticulus uel aceruus V 164, 45. monticulus uel terrae congeries IV 306, 44. monticulus uel terrae V 263, 28. terra illa quae uallo facto propius iacitur V 549, 13 (*cf. Serv. in Aen.* IX 564). strata, uia publica IV 476, 50; V 625, 37. **aggerem** uallum uel uiam publicam IV 13, 43. **aggere** cumulo uel strata IV 405, 20. **aggeres** terrae congeries IV 13, 8; 205, 8. **adgeres** strues, congeries, uia V 261, 42. arietes murorum alterius (altioris?) generis IV 13, 28. *Cf.* aceruus.

Aggeratio σωρός II 450, 44.

Aggeries III 427, 17 (*cf.* agger *ubi saepius pro* aggeres *scriptum est* aggeries). *V.* grumulus.

Aggerit *προσσωρεύει* II 11, 23. **aggessit** congreganit IV 306, 46.

Aggero *σωρεύω* II 450, 41. **aggerat** congregat IV 205, 9. congregat, aceruat IV 13, 11; 475, 5; V 263, 36. congregat, aceruat, adtollit IV 306, 45. accumulat IV 11, 16. grande facit IV 13, 30. adicit V 344, 14 (*pro* aggerat *non semel* adgerat *vel* adierat *legi semel moneo. saepius vix dicas de* aggerendo *an de* aggerando *cogitandum sit*).

Agger publicus (ager *cod.*) uia publica, strata V 438, 5.

Agglomerat (adg.) *συναθροίζει* II 8, 6. **adglomerant** iungunt IV 10, 5. **adglomerare** in globum colligere V 649, 11 (= *Non.* 36, 18).

Agglomerati (adg.) *συναθροισθέντες* II 6, 21.

Agglutinatio (adg.) *προσκόλλησις* II 421, 56.

Agglutino (adg.) *προσκολλῶ* II 421, 57; III 153, 7.

Aggrauatus *v.* aere alieno oppressus et aggr. **adgrauata** *βαρούμενα* II 10, 22/21.

Aggrauo (adg.) *ἐπιβαρῶ* II 307, 9.

Aggredior (adg.) *ἐπιλαμβάνομαι* II 10, 24 + 23. *πρόσειμι* II 10, 18. *μεταχειρήσομαι* II 10, 20. *προσέρχομαι* II 421, 10. ingredior uel incipio IV 13, 32. arripio uel incipio IV 9, 37 (adgredio). adspiro uel incipio IV 9, 36. **adgreditur** *προσέρχεται, συμβάλλει* II 7, 49. iracunde adloquitur V 162, 35. accedit, incipit IV 303, 61. **adgrediuntur** circumdant IV 9, 33; 13, 31; 474, 50. gaeadun (*vel* gihiodun *pro* giiodun, *AS., praeterit.*) V 341, 4. **adgrediar** adoriar IV 476, 32. incipiam V 263, 57. **adgredi** incipere IV 303, 60. **adgrediemur** *μεταχειρήσομεν* II 10, 21 (*cf.* 20). **aggressus** esse interfecisse V 263, 53; 438, 7 (iter fecisse); IV 475, 32 (defecisse).

Aggregatio (adg.) *συνάθροισις* II 443, 43. *συναγελασμός* II 443, 35. *συνάθροισμα, συναγωγή* II 6, 6 (abgr.).

Aggrego (adg.) *προσαγελάζω* II 420, 19. *προσαθροίζω* II 420, 24. *συναθροίζω* II 443, 42. **adgregat** adicit, cumulat V 261, 39. congregat IV 13, 36.

Aggressio (adg.) *ἐπίληψις ἡ ἐπίβασις* II 309, 26. *πρόσβασις* II 420, 36.

Aggressus (adg.) inuectus, inruit IV 10, 4; V 263, 32. **adgressa** insidiose adlocuta V 162, 36.

Agia *v.* angina, agea.

Agilis *γοργός* II 264, 43; III 130, 53; 132, 51; 178, 9; 250, 22; 372, 55; 467, 14; 495, 52; 512, 55; 513, 29. *γοργός, εὐστραφής* II 11, 24. *ψιλός* III 252, 20. *εὐκίνητος* II 317, 45. *εὔσκυλτος* II 319, 37. *πρακτικός* II 415, 7. **agili** acuto IV 477, 51. **agillimus** uelocissimus, audacissimus V 549, 12.

Agilitas *γοργία* III 467, 15. *γοργότης* II 264, 44; III 130, 54. *εὐκινησία* II 317, 46.

Agiliter *γοργότερον* III 130, 55.

Agimenta *v.* amenta.

Agina [h]ictus uel qua trutinae ⟨pensio⟩ perspicitur IV 13, 41 (*add. Buech. coll. schol. Pers.* I 6. hasta qua trutina perspicitur *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 114). **aginam** scapum trutinae (*ita b² c².* tritimanae *R.* eritiane *G*), quod eo mensura ponderis agatur *Plac.* V 7, 1 = V 45, 26 = V *praef.* V. *V.* acuum. *Cf. Festus Pauli p.* 10, 3.

Aginantes explicantes IV 13, 19 (agitantes *ac*); V 343, 9; 263, 30; 591, 34; 625, 38. *Cf. Loewe Prodr.* 428.

Aginat *διαπράσσεται, στρέφει, μηχανᾶται* II 11, 34. *στρατεύει* II 11, 42 (*τρακτεύει Scal. ad Festum. στραγγεύει g*). **aginare** *στρατεύεσθαι* II 11, 41 (*τρακτεύεσθαι Scal. ad Festum. στραγγεύεσθαι g. στροφευεσθαι d. στροφεύεσθαι, στρέφεσθαι c*). *V.* acinari. *Cf. Loewe Prodr.* 428; *Roensch Coll. phil. p.* 235. *V.* agito.

Aginatorem negotiatorem actus *Plac.* V 7, 4 = V 45, 27. *Cf. Festus Pauli p.* 10, 3 (*an* Accius? *scil.* dicit; *Loewe Prodr.* 428). actus *tutatur Roensch Coll. phil. p.* 235.

Aginatus qui agit aliquid, id est negotiator V 560, 31 (*an* aginator?). qui agit aliquid id est negotiat⟨or⟩ aut tricator[em], morator, uacuus V 438, 9.

Agitanti cogitanti V 263, 54.

Agitata uexata, calcata [mensura] V 263, 52.

Agitate fugam fugae consilium habete IV 428, 54 (*Verg. Aen.* II 640).

Agitator *ἡνίοχος* II 325, 22; III 75, 22; 399, 13. *ἐλατήρ* III 357, 80. *ἡνίοχος, ἐλάτης* II 11, 26. *ἐλάτης ἵππων* II 294, 15. auriga II 565, 36; IV 479, 54; V 263, 47 (*cf. Serv. plen. in Aen.* II 476). uentilator, gubernator uel auriga IV 13, 35. uentilator, gubernator V 164, 46. **agitatores** *ἡνίοχοι* III 11, 6; 84, 39; 302, 61; 372, 12; 143, 19; 399, 15. *Cf.* **agite** (*vel* agitor) regens V 344, 43 (*ubi ἡγήτωρ aut* actor gerens *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XVII 121).

Agitatus *κεκινημένος, συνησκημένος, συγκεκροτημένος* II 11, 38.

Agito *ἐλαύνω* II 294, 26; III 399, 8. *ἡνιοχῶ* III 75, 21. *σαλεύω* II 429, 38; III 79, 27. *ἐπιτελῶ* II 311, 46. **agitas** *ἐλαύνεις* III 399, 9. **agitat** *ἐλαύνει,*

ἡνιοχεῖ II 11, 26. **agit** an cogitat IV 13, 20; 479, 56. **regit** IV 428, 53 (*Verg. Aen.* IX 187?). **agitant** ἡνιοχοῦσιν III 399, 16. **agita** ἔλασον III 399, 7. **agitare** πρᾶξαι, τελέσαι (agiturae) II 11, 27. agere IV 13, 18; 479, 55. uexare V 549, 9. **agitaui** ἤλασα III 399, 11. **agitasti** ἤλασες(!) III 399, 10. **agitauit** ἡνιόχησεν III 399, 14. **agitauimus** ἠλάσαμεν III 399, 12. persecuti sumus IV 13, 29. **aginauimus** fugauimus *lib. gloss.* (*ex Verg. Aen.* II 421): *ubi recte* agit. *Hagen 'Grad. ad cr.' p.* 47, *Loewe Prodr.* 428. **agitauerunt** ἡνιόχησαν III 399, 17. **agitor** ἐλαύνομαι II 294, 25. **agitatur** uentilatur uel mouetur IV 13, 16; 479, 53; V 164, 47. *V.* cum res agitatur.

Aglonia ἱερεῖον II 11, 37: *ubi* agonia *Scal. ad Festum.*

Agmen τάγμα II 11, 28; 451, 6; III 353, 4; 504, 10. συνάθροισις II 443, 43; 506, 27. multitudo IV 13, 9; 204, 44; V 263, 34. multitudo, congregatio IV 312, 16; 427, 37. impetus, multitudo ordinata uel exercitus V 549, 8 (*cf. Serv. in Aen.* I 82, 186; 433). ordinata multitudo id est exercitus ambulans V 164, 48. **agmine** congregatione, multitudine IV 479, 15; V 265, 28. incessus IV 429, 1 (*Aen.* I 82). **agmina** multitudines IV 306, 49. *Cf. Isid.* IX 3, 64.

Agmen quadratum milites in itinere quadrata acie incedentes IV 306, 48. miles in itinere qu. a. incedens V 263, 41; 338, 33.

Agna ἀμνάς III 432, 44. **agnae** ἀρνία, ἄρνες III 432, 42. **agnam** ab agno dicitur feminine V 420, 17 (*Euseb. eccl. hist.* III 8).

Agnatio (adg.) ἐπιγέννησις II 10, 19; 307, 30. συγγένεια ἐξ ἀρρενογονίας II 439, 53.

Agnatus συγγενής ὁ ἐξ ἀρρενογονίας ἀνήρ II 439, 49. ἐπιγεννηθείς II 10, 23 + 22. ἐπίγονος II 10, 25 + 24. ἐξ ἀρρενογονίας ἀγχιστής II 302, 13; III 253, 69. propinquus II 565, 33. filius, cognatus uel quasi ⟨filius⟩ IV 306, 50. filius V 263, 35. **adgnata** συγγενὴς γυνὴ ἐξ ἀρρενογονίας II 439, 50. **agnati** filii per uiros IV 13, 10. liberi qui per adoptionem ueniunt, interdum cognati, adfinis IV 205, 1 (*sed* per uiros *add. ab*). proximi (anates) V 339, 37. **agnatos** propinquos IV 13, 27. **agnatas** cognatas V 339, 29 (anatus cognatus *cod. Epin.*).

Agnellus *v.* hagnos arnus.

Agnet *v.* ango.

Agnile ἀρνὼν ὁ τόπος II 245, 36.

Agnina ἄρνειον κρέας II 245, 30. ἀρνεία III 316, 53; 364, 29; 400, 50; 489, 43; 509, 9. ἄρνειον III 16, 6; 88, 29; 364, 2; 398, 3. **agninum** ἄρνειον III 187, 40; 255, 63.

Agnina caro ἀρνεία III 551, 50. *Cf.* III 542, 14.

Agnitio (adg.) ἐπίγνωσις II 307, 35. **agnitione** cognitione V 164, 49.

Agnomen cognomen V 438, 13. **adnomen** παρώνυμον II 399, 29.

Agnosco (adg.) ἐπιγιγνώσκω II 307, 34. **adgnoscis** ἐπιγιγνώσκεις II 8, 23. **agnoscit** ἐπιγιγνώσκει II 11, 35. **agnouit** intellexit IV 483, 16. *V.* accognoscit.

Agnus ἀμνός II 554, 20; III 18, 31. ἀρνίον II 542, 9; III 18, 32; 90, 44; 189, 16; 361, 51. ἀμνός, ἀρνίον III 259, 6. ἀρνίον, ἀμνός III 432, 43. ἀρνειός II 245, 29; III 551, 41 (armos). ἀμνός, ἀρνίον, ἔριφος II 11, 29; 555, 23. **agni** ἀρνία, ἄρνες III 432, 42.

Agnu sperma λύγος (lacos *cod.*) λευκή III 584, 17.

Ago πράσσω III 3, 29; 399, 59; 502, 54. πράττω II 415, 16; III 153, 21; 277, 17. δρῶ II 281, 17. **agis** πράττεις III 3, 30; 153, 22; 399, 60. **agit** πράσσει (πράττει) III 3, 31; 5, 77; 153, 23; 399, 61. portat IV 13, 21; 479, 57. persequitur IV 428, 52 (= *Non.* 243, 19: *cf. Verg. Aen.* IV 465 *et alibi*) degit, uiuit uel aginat (agitat?) IV 306, 47. **agimus** πράσσομεν III 153, 26; 399, 63. **agitis** πράττετε III 153, 27 (*cf.* πράττετε uendo III 153, 29); III 3, 45. **agunt** πράσσουσιν III 3, 46. **agam** πράξω III 3, 37. **agas** πράξῃς III 3, 38. **agat** πράξῃ III 3, 39. **agamus** πράξωμεν III 3, 47; 339, 56. **agant** πράξωσιν III 3, 40; 399, 65. πραξάτωσαν III 3, 49. **age** πρᾶξον III 3, 32; 153, 24; 339, 54; 399, 58. ἄγε II 216, 8. incipe uel dic IV 13, 17; 475, 6 (*cf.* aio). **agite** πράξατε III 3, 48; 399, 62. festinate IV 479, 58; V 263, 46. **agere** celebrare IV 475, 8. tractare IV 428, 51. loqui V 530, 51 (*cf. Non.* 243, 15 *et Ter. Ad.* 725). **agebam** ἔπρασσον III 3, 33; 43; 138, 55. **agebas** ἔπρασσες III 3, 34; 138, 56. **agebat** ἔπρασσεν III 3, 35; 138, 57. **agebamus** ἐπράξαμεν (ἐπράξομεν) III 3, 41; 44. **agebatis** ἐπράσσετε III 3, 42. **agebant** ἔπρασσον III 3, 36. dicebant V 560, 29 (*v.* aio). **agemus** πράξομεν III 153, 28. **agent** πράσσουσιν (!) III 399, 64. **agerem** celebrarem V 263, 50. **egi** ἔπραξα III 138, 51. **egisti** ἔπραξες(!) III 138, 52. **egit** ἔπραξεν III 138, 53. gessit IV 335, 3. **aegit** uuraec (uraec, *AS.*) V 341, 20 (*v.* actuarius). **egimus** ἐπράξαμεν III 138, 54. **egerunt** ἔπραξαν III 138, 58. **egerit** πράξει II 58, 27. **agitur** πράσσεται III 399, 66. regitur IV 479, 59. **agimini**

ἄγεσθε II 11, 32; 555, 26. **agebatur** tractabatur IV 475, 9. **agetur** tractabitur IV 13, 23. *V.* id ago, acta res est.

Agomanus *v.* Parthicus.

Agon certamen IV 205, 10; V 263, 31. certamen, conflictum IV 306, 51. pugna IV 483, 40. **agon[e]** certamen IV 13, 6. pugna, certamen IV 204, 45. **agonem** certamen V 438, 14.

Agonalia et **agonaria** *θυσειᾶ* (*ubi θυσία Vulc.*) II 11, 36.

Agonia hostia IV 13, 40; 306, 40; V 263, 40; 344, 42; 438, 19; 590, 41. **agoniae** hostiae, uictimae IV 205, 2; V 438, 11. uictimae IV 483, 43; V 263, 60; 589, 11. **agoniae** uictimae uel hostiae. hostia autem minor, uictima maior (*cf. GR. L.* VII 532, 13), quia icta (ictu *G.* ictu percussa *Isid.* VI 19, 34; *cf. W. Heraeus Arch.* VI 274 *qui nunc* ui icta: *aliter Roensch Coll. phil. p.* 291) cadit uel quia uincta ad aras perducitur. hostiae autem aequae (*om. G*) ab hostimento, id est aequamento, ⟨uel quod *****⟩ uel quod deorum mentes aestimentur iniquae [hostiae autem (*om. R.*) dictae ab eo quod per illas sacerdotes futura nuntient]: unde etiam antiqui peregrinos et pari iure uiuentes ⟨****⟩ adeo usque nunc hostes, duelles appellabant (*Festus Pauli* 102, 7; *Serv. in Aen.* IV 424). hostiarum autem ⟨immolatione⟩ deos aequos fieri, quod est propicios, (*Serv. in Aen.* II 156) praeter antiquos ⟨****⟩ agebant. Vergilius quoque in primo libro (479): 'interea ad templum non aequae Palladis ibant', hoc est iratae, non ut plerique grammatici existimabant, 'non aequam' ideo quod magis in Graecis quam Troianis fuerit. 'non aequam' ergo iratam dicimus *Plac.* V 45, 28 = V 8, 3 (*ubi R sic habet:* uiuentes adeo usque fieri quod est propicios praeter antiquos agebant *sequentia omittens: lacunam mediam sic explet Deuerling:* uiuentes hostes dicebant, at eos quos nunc hostes duelles appellabant. *idem* immolatione *supplevit et extrema abiecit*). *V.* aglonia. *Turbas indicavi potius quam removi.*

Agonia alacritas, uigor IV 13, 14; 483, 17; V 164, 50. fiducia, confidentia, alacritas V 164, 51. alacritas, amor uel uigor IV 205, 4.

Agonista certator IV 13, 15; 483, 41; V 165, 1. qui discit illam artem V 338, 18. *An huc pertinet:* **agoniat** certatur V 164, 52? *an* agoni⟨z⟩at?

Agonizans pugnans V 560, 28.

Agonizor est luctor V 615, 13.

Agonotheta qui certantibus praesidet IV 306, 52; V 438, 15. **agonitheta** qui ipse praeest in bello IV 205, 3. qui praeest in bello IV 483, 42. qui praeest luctu (luctae?) V 263, 58. princeps illius artis V 338, 16. **agonotheta** (*vel* agonith.) praemii indultor IV 13, 34. *Addit* **agonitheta** praeliator uel praemii auctor *Loewe Prodr.* 160 *ex cod. Bern. A* 91. *Cf. GR. L. suppl.* 95, 10.

Agora foras (*de verb. interpr.* = *Hieron. in Matth.* 11, 16 *sqq.*, *ubi ἐν ἀγορᾷ*) V 417, 8 (*an* forum?).

Agragas mons Siciliae IV 428, 18 (= *Verg. Aen.* III 703: *cf. Servius*). mons est V 549, 10. nomen montis in Sicilia IV 205, 5.

Agrantos Byzantinorum lingua Augustus mensis dicitur V 165, 3. *V.* menses.

Agraria lex *γεωργικὸς νόμος* II 11, 40. **agralia lex** lex agri populi Romani V 165, 2.

Agrarius *γεωμέτρης* III 512, 21; 307, 30 (agriarius). *sine interpr.* IV 306, 53; V 590, 43. ut limes V 263, 39.

Agredulae ranae paruae multum in sicco morantes *Plac.* V 7, 21 = V 46, 1. *Cf. Isid.* XII 6, 59 (*unde lib. gloss. ubi* in sicco uel agris morantes unde et nuncupatae). *Cf. praef. anthol.* (V *p.* V); *W. Heraeus Fleckeis. ann.* 1897 *p.* 356.

Agrestas rusticitas II 565, 35 (agrestitas?).

Agrestia olera *ἀγριολάχανα* III 430, 18. *V.* holus rusticum.

Agrestis *ἄγροικος, χωρικὸς καὶ ἄγριος* II 11, 30; 555, 24. *ἄγροικος* III 250, 19. *ἄγριος* III 177, 47; 250, 10. rusticus uel ferus IV 204, 43. ferina IV 475, 4. **agreste** ferum IV 13, 7; 475, 3. foenum (*scr.* ferum) uel rusticum V 263, 33. **agrestes** ferinae V 263, 49. uuildae (*AS.*) V 341, 30. itilis(?) III 566, 18. **agrestia** *ἄγρια* III 258, 38.

Agrestis arundo *v.* auena.

Agresti ferina, id est caro ferarum V 438, 16.

Agricola *ἀγροκόνος, ἄγροικος, γεωργός* II 11, 31. *ἀγροκόνος, γεωργός* II 555, 25. *γεηπόνος* III 495, 69; 512, 11. *γεωργός* (georgius *cod.*) III 495, 80. rusticus uel cultor agri IV 13, 26. colonus, cultor agri IV 480, 37. colonus IV 204, 48. **agricula** *ἄγροικος* II 217, 27. *γεωργός* II 263, 2. *ἀγροδίαιτος* II 217, 26. *γεηπόνος* III 300, 9. colonus, rusticus (-ola *abde*) IV 306, 54. **agriculae** rusticani, agrestes uel cultores agri V 263, 37.

Agricolanus *v.* bucco.

Agricultura *γεωργία* III 356, 40; 495, 30.

Agri custos *ἀγροφύλαξ* III 260, 27.

Agri descriptio *χωρογραφία* III 164, 18.

Agrigentinum ab Agrigent[in]o ciuitate Siciliae V 268, 42 (*cf. Serv. in Aen.* III 703 *sq.*).

Agrimensor *γεωμέτρης* II 11, 33; 262, 47; 262, 67; III 371, 15. orgeometricus genus est II 565, 37 (*ubi* geometricus graecum est *Loewe GL. N.* 9: *ex contaminatione repetit v. d. Vliet Arch.* IX 302 *coll. Plac.* V 36, 2 *et* 90, 17: ortigometra genus auium *e. q. s.*).

Agrimonia *v.* argemonia.

Agripeos Ellenorum lingua febroarius mensis dicitur V 165, 6 (*Ἀγρίππειος Rühl*: *v.* menses).

Agrippa *ὁ ἐπὶ πόδας γεννηθείς* II 11, 39; 379, 33. ⟨a⟩ pede natus II 565, 32 (*ubi* a pede *Loewe GL. N.* 9). a pedibus natus *Leid.* 67 *D* (*Loewe Prodr.* 396). qui in pedibus nascitur IV 13, 33; 204, 51; 306, 55; 479, 23 (pedis); V 165, 5; 263, 29; 632, 16. qui in pedes nascitur V 344, 44; 438, 17. qui in pedes nascitur, inuersus, quasi aegripes *glossa Casin. apud Loewium Prodr. p. 396.* qui cum dolore nascitur *gloss. Monac. apud Loewium GL. N.* 145. **Agrippas** (acr[illegible]ptas *R*: *corr.* c^2. aegripartus *G*) qui pedibus editiore (editione *G*) capite pariuntur *Plac.* V 7, 14 = V 45, 12. *Cf. GR. L. Suppl.* 289, 18, *Gell.* XVI 16, 1: *Non.* 657, 1.

Agrone libae III 567, 23 (*obscura*).

Agros camposque fertiles IV 429, 2.

Agrum *v.* rudis.

Agundis rebus V 344, 45. agendis V 438, 18.

Aiax *Αἴας* II 220, 1. proprium nomen uiri, dicax II 565, 42 (*cf.* aio; dico).

Aiens dicens, ut (*om. G.* ita *Mai*) aio, ais, ait participium facit *Plac.* V 5, 1 = V 46, 2.

Ailla uermis fabae V 165, 8. *Cf. Serv. plen. in Georg.* I 75. *an* ala culmus f.?

Ain aisne IV 13, 47. ergo IV 205, 15. ergo, aisne IV 306, 57. uerbum interiectionis V 344, 47. aisne, ain tandem V 263, 69. uero (**ain uero**?) V 263, 66; 344, 51 (*cf.* V 344, 47).

Ain tandem dicis uero IV 13, 48. ain uero *cod. Epin.* V 344, 47.

Aio *λέγω* II 359, 7. *φημί* II 470, 48. *φάσκω* II 470, 21. dico IV 13, 46; 205, 13; 307, 1; 481, 19. **ais** dicis IV 205, 12; 307, 1 (*cf.* **agis** ais dicis *gloss. Salom., Loewe Prodr.* 366, *Birt Mus. Rhen.* LI 86). **ait** *φησίν* II 14, 17; III 467, 16. dicit IV 205, 11. dicit uel dixit IV 307, 1. dicit, fatur, canit aut dixit *bc post* IV 481, 21. **aimus** dicimus *Mai* VI 505. **aiunt** dicunt IV 13, 50; 307, 3. **aiat** dicat V 637, 14 (= *Non.* 70, 16). **aie** incipe, dic V 165, 7 (age? *cf.* ago). **aiebant** dicebant IV 13, 51. **aisti** dixisti IV 205, 14; 307, 2. **ait** dixit IV 13, 45; V 530, 16 (= *Ter. Andr.* 353). *V.* ago.

Aioctem (*vel* aiocten) diuersum uel iugem (iugen) V 342, 47 (abiugem *H.*).

Ala *πτέρυξ* II 425, 33; III 257, 31. *πτερόν* II 425, 30. *πτερὸν ὀρνέου* (*ορνεον cod.*) II 542, 7. *μασχάλη* II 365, 17; III 569, 12. *εἴλη* II 285, 52. *ἱππικὴ τάξις* II 332, 53. *ἐξέδρα, εἴλη, μασχάλη, πτέρυξ ὀρνέου, ἱππικὴ παράταξις* II 14, 18. **hala** *πτέρυγι* (alā), *μασχάλη, στρατιωτικὴ* (*ερωτικη cod. corr. Vulc.*) *παράταξις, καὶ ἱππικαὶ* alae dicunt⟨ur⟩ II 68, 10 (*ἱππικὰ κέρατα* alae dicuntur *Vulc.*). **ala** pars multitudinis IV 471, 44. pars multitudinis exercitus IV 14, 7; 206, 4. turma, pars multitudinis exercitus IV 307, 4. multitudinis pars exercitus V 264, 19. pars exercitus uel equitum IV 307, 5. equus (equitatus?) V 345, 14. **alae** *πτέρυγες, μασχάλαι, μᾶλαι καὶ ἱππικαὶ παρατάξεις* II 14 21. *πτέρυγες* III 187, 55; 361, 6. *ἀναπτέρυγες*(?) III 435, 64. *μασχάλαι* III 12, 35; 85, 63; 175, 47; 311, 7; 351, 8; 400, 36. *μᾶλαι* III 311, 6; 530, 14. equites IV 15, 20. equestri (equestres?) siue uentus IV 429, 4 (*cf. Verg. Aen.* IV 121). *V.* alae equ.

Alabardan gigarone III 591, 5; 612, 49; 616, 41; 624, 45. gigarote III 587, 8. **adabartane** gigarone III 543, 20. bardana *Stadler*. *V.* gigarus *et* lappacium.

Alabastrum genus marmoris pretiosi apud Persas IV 472, 26. genus marmoris pretiosi IV 205, 22; V 265, 3 (= *Eucher. instr. p.* 148, 21). uas de gemma V 340, 53.

Alacer *πρόθυμος* II 417, 61. *γενναῖος, δυνατός, σφοδρός, πρόθυμος* II 14, 19; 205, 26. *πρόθυμος, γαῦρος* (*ταυρος cod.*) III 332, 3. *γαῦρος* II 261, 51; 53. *θαρσαλέος* III 332, 1; 504, 49; 522, 53; 332, 2 (*corr. in θαρσερεος, pro quo θαρσηρέος Boucherie*: *cf.* tarseros **alacer** III 522, 54). *εὐθαρσής* II 317, 15. prompto animo, uolens (ualens *a*) II 566, 28. fortis IV 15, 17. fortis, expeditus IV 307, 6; 472, 53. fortis, expeditus, uelox IV 14, 31. fortis, expeditus, uelox, laetus V 264, 8 (*cf.* impiger). uelox, hilaris IV 13, 53; 472, 54. laetus, gaudens IV 472, 52. laetus, gaudens, expeditus IV 205, 18 (*cf. Serv. in Aen.* XII 337). gaudens, uelox, hilaris IV 307, 7. **alacris** *σφοδρός* II 449, 39. *πρόθυμος* II 417, 61. blidi (snel *Epin., AS.*) V 341, 6. **alacres** *χαίρων*(!) . . . . Virgilius VI Aeneidos

(685): alacres palmas utrasque tetendit II 474, 37. πρόθυμοι II 14, 20. *Cf.* II 566 *post* 10(*a*).

Alacrimonia laetitia IV 14, 1; 206, 12; 307, 8; V 165, 9; 264, 14 (acrimonia: *corr. Oehler*); 344, 58; 591, 49. *V.* laetitia.

Alacritas προθυμία II 417, 60. σφοδρότης II 449, 40. γαυρότης II 261, 52. celeritas IV 405, 22. **alacritatem** uelocitatem IV 15, 12.

Alacriter γαύρως II 261, 54. προθύμως II 417, 62. fortiter, animo forti IV 307, 9. laetanter, hilariter IV 307, 10.

Alae equitum quia equites quasi uolant IV 307, 11. qui⟨a⟩ equites quasi uolant et quod in acie extrema utrumque (utrimque?) conponuntur V 264, 34 (*cf. Serv. in Aen.* IV 121; XI 604).

Alapa ῥάπισμα III 175, 65; 248, 12; 351, 22. colaphus V 165, 10.

Alapator καυχητής III 372, 56; 439, 12; 475, 10. *Cf. Roensch Coll. phil. p.* 25, *'Beitr.'* III 7.

Alapiciosus caluus V 264, 6. **alapiciosa** calua IV 471, 17. **alapiosa** calua V 344, 56. *V.* alopecia, apiciosus.

Alapo ῥαπίζω II 427, 31. **alapatur** ἀλαπάζει II 14, 23. **alapari** est alapas minari, id est foedam et (aut *G*) superbam caedem: uel (ut *R*) pro iactantia *Plac.* V 4, 11 = V 46, 3. alaparier alapas *Deuerling 'Bl. f. b. G.'* XIV *p.* 308. *Cf. Roensch 'Beitr.'* I 14; III 7, *Coll. phil.* 25.

Alapus (alop.) qui propter mercedem alapas patitur *Scal.* V 589, 25. *Cf.* alapistae *apud Arnobium.*

Alarica hasta uehemens trium angulorum ferrum habens V 165, 12. *V.* falarica.

Alaris caballarius IV 307, 12; V 264, 21; 345, 2; 625, 39. caballaris IV 14, 8; V 165, 13. **alares** ἱππέων ταξίαρχοι II 68, 11. caballares IV 206, 5; V 560, 39.

Alas exuit abiit (abiecit?), mutauit IV 429, 3 (= *Verg. Aen.* I 689/90).

Alaternus τερέβινθος (φιλύκη *exspectat Stadler*) III 428, 49. *Huc nescio an spectet quae sequitur glossa* φιλαυρον afrat *quamquam* φιλαυρον (*cf.* φιλύρα) *ne sic quidem expedio.*

Alatus πτερωτός II 425, 36. **alates** (alatos? alites?) alas habentes IV 307, 13; V 438, 25. **alatis** alas habentibus IV 429, 5 (= *Verg. Aen.* IV 259); V 345, 10. pinnatis IV 205, 35. *V.* equus Pegasus.

Alauda (lauda) κορυδαλός, κορυδός III 258, 13.

Alba ligustra λευκόροδα V 438, 26 (*Verg. Ecl.* II 18). *V.* ligustra.

Albamentum λεύκωμα III 269, 17; 191, 16 (leuchanis: λεύκανσις *H.*).

Albam paenulam λευκὴν φαινόλην III 211, 5 = 226, 55/56 = 647, 3.

Albani patres Albani principes IV 429, 6 (*Verg. Ecl.* I 7).

Alba rosa λευκόροδα III 567, 56.

Albarus λευκός III 264, 33 (albarius?).

Albas gerentes candidam uestem amicti IV 307, 14.

Alba spina hagudorn (*AS.*) V 339, 4. *V.* spina alba.

Albatus ἔνλευκος II 299, 40. albus factus II 565, 49.

Alba uua *v.* aminea.

Albea sordes aurium II 565, 47. *Cf.* fabeus sordes aurium *et praef. GL. N. p.* XIII.

Albedo (aluido *codd.*) alba uisio II 565, 46 (*ubi potius* albor *scribit Loewe GL. N.* 10 *et* **albunea** alba uisio II 565, 45).

Albens lanugo ἄχνη III 433, 62.

Albente matutino αωρια αυκος (*ubi* πρωΐας αὐγαζούσης *David Comm. Ien.* V 211. ἀωρία νυκτός *H.*, ἀωρί, ἄυπνος *Buech.*) III 426, 3.

Albeo λευκανθίζω II 359, 48. λευκαίνω II 359, 49. **albet** splendet IV 15, 11; 206, 11; 308, 8; V 264, 13.

Alber uentus V 264, 20 (aluus uenter?).

Albesco λευκανθίζω II 359, 48. λευκαίνω II 359, 49. **albescit** διαφαύει II 275, 29.

Albicapillus *v.* canus.

Albico albesco, quasi albus sum V 491, 7 (*GR. L.* II 397, 10). **albicatur** candidatur V 638, 25 (= *Non.* 75, 19). *V.* candeo, caneo.

Albi coloris λευκόχροος III 329, 22. λευκόχρους III 499, 7; 529, 41.

Albinus κονιατής II 353, 9 (*v.* dealbator).

Albipedius huitfot (*AS. auis?*) V 340, 24.

Albitudinem pro albo V 637, 29 (= *Non.* 73, 4).

Albo κονιῶ II 353, 14. λευκαίνω II 359, 49.

Albor λευκότης II 360, 1. albedo II 566, 6.

Albucii radix budionis III 618, 64. **albuci radices** bidonie III 536, 43. bidonia III 553, 30; 617, 38.

Albucium (albucus *lexica*) ἀσφόδελος II 14, 25; III 542, 24; 535, 18; 549, 27; 587, 21; 608, 1; 617, 12; 631, 17 (*cf.* asfodillos ·i· [s]a⟨l⟩buci radix siue **albutio** III 580, 14. asfodillus ·i· sabucius [= albucius], scorcia [*cf. Arch.* X 271] siue ius uel sucus eius III 580, 32). prasioagr⟨i⟩on III 572, 33. pessuagrion III 542, 1. teustaria(?) III 578, 61. **flos albucii** antereos (ἀνθερικόν) III 549, 20. **flores de albucio** antereos III 535, 10.

Adde leuchadius (*h. e.* λευκάδιος) **albutius** III 498, 77. *Cf. Isid.* XVII 9, 85.

Albugo λεύκωμα III 337, 2. flio (*AS.*) V 338, 31.

Albula fluuius in Italia qui nunc Tiberis uocitatur IV 405, 33. fluuius Italiae, id est Tiberis, † olma aqua (olim ab alba aqua *Buech. cf. Festus Pauli p.* 4, 10) nominabant V 438, 28. nomen fluuii uel ciuitatis IV 483, 44; V 264, 49 (fluminis). *Cf. Verg. Aen.* VIII 331.

Albula ἴκταρ[α] III 355, 76 (*de pisc.*).

Album praetoris (*vel* praetorium) ubi conscripti sunt (*vel* sunt conscr.) qui recitandi sunt; tabula est et habet albis litteris iudices et senatores IV 15, 5; V 165, 37; 264, 35. *Cf.* IV 206, 18.

Albunea Λευκοθέα II 14, 26; 359, 56; III 291, 23 (albucina: *an* albuna?). mater Matuta IV 307, 17 (albuna *multi libri*); V 590, 44 (albuna). albor (*ubi* alba uisio *Loewe: cf.* albedo) II 565, 45.

Albura λεύκωμα III 439, 13. *V.* albugo.

Alburnus λευκόχρους II 360, 2; III 272, 16 (*de vestibus*). **alburnum** albiscente⟨m⟩ IV 485, 30. albescentem aut exalbidum IV 14, 18.

Albus λευκός II 359, 61; III 174, 11; 180, 65; 253, 12; 254, 43; 272, 15; 498, 80. **alba** λευκή II 359, 52. λευκά III 193, 4. **album** λευκόν II 359, 58; III 22, 14; 93, 24; 183, 5; 184, 45; 322, 58; 338, 78; 529, 28; 567, 54. λευκόν, λεύκωμα II 14, 27. λεύκωμα II 360, 3. λεύκωμα, διάταγμα II 15, 44. quigneum (*h. e.* cygneum) IV 15, 7; 485, 32; V 165, 14. naturaliter candidum V 438, 27. *V.* aluus. *Cf. GR. L. Suppl.* 277, 24; *Isid. Diff.* 35.

Alceus (alcheon) auis (auus *H.*) Herculis dictus V 549, 3.

Alcedo auis dicta apud Graecos quae in mari nidificat V 438, 29. auis Aegypti quae semet ipsam purgat rostro in ano(!) ⟨a⟩qua⟨m⟩ fundens (*cf. Isid.* XII 7, 33, *ubi de ibi agitur; Loewe Prodr.* 272; *Roensch Coll. phil. p.* 298) V 632, 18. **alcedo** genus piscis II 566, 3 (*quam Loewe Prodr.* 272 *ex contaminatione repetit: cf.* allec). **alcedo** pelagi auis *Loewe GL. N.* 141 *ex cod. Cas.* 402.

Alchior (*h. e. ut videbatur* χάλκειον) isaern (*AS.*) V 339, 10: *de* alcyon *potius cogitat Holthausen* ('*Behaghel und Neumann*' X 446); isern = '*Eisadler*'.

Alcides Ἡρακλῆς II 325, 39. Hercules a uirtute appellatus; ἀλκή graece uirtus dicitur IV 205, 16 (*cf. Serv. in Aen.* VI 392). nomen Herculis V 264, 56. Hercules IV 481, 12; V 438, 30.

Alcitellus *v.* altellus.

Alcon genere Cretensis, sagittarius optimus fuit: qui cum uidisset a dracone complexum filium suum, mira cautela artis misit sagittam et occidit draconem et puerum conseruauit V 520, 17. *Cf. Serv. in Buc.* V 11.

Alcyon ἀλκυών III 258, 14; 319, 50; 361, 13. genus auis III 487, 46. auis marina uel nomen loci seu (se *cod.*). proprium nomen V 549, 18. **alcyones** aues marinae IV 14, 33; V 560, 42. **alchione** auis marina quae pelago nidum medio facit, cuius partus (partu *Mai*) tertia die pullamina excluduntur, quarto cibo fouentur, septimo uolatui ostenduntur *lib. gloss., Mai* VII 551. *Cf.* alchior.

Alcyonius nidus quod mare iactat III 549, 40.

Alea κυβεία II 356, 24; III 149, 8; 341, 71; 439, 15. κύβος II 539, 64; 552, 22. κόττος, κύβος, κυβεία II 14, 32. κοττισμός II 354, 14. tefil (*AS.*) II 566, 9; V 338, 19. ludum tabulae a quodam mago Alea nomine qui hoc ludum inuenit, id est iocum IV 14, 26 (*cf. Isid.* XVIII 60: a quodam magistro Alea . . . qui hunc l. inuenit in otio *Nettleship.* '*Journ. of Phil.*' XIX 114); 205, 49 (adinuenit lusum *sine* id est iocum); 473, 51 *et* V 165, 17 (lusum adinu. *sine reliquis*). ludum tabulae a quodam mago (*can. apost.* 42) V 410, 3. tabula qui cum repit ludet V 490, 51 (quae *et* repletur *Buech.*). genus ludi (*de dial.*) V 424, 21. ubi nummi ad ludendum V 262, 22 (adea *cod.*). quasi bellum quod alterum facit uictum, alterum uictorem V 165, 15. tabula ad ludendum eo quod alter alio uicto uincet V 165, 16. **aleualea** (= aleo alea: *cf. Stowasser Arch.* IX 565) cottista et locus ubi tablizant V 264, 42 (*aliter Landgraf Arch.* IX 363: *cf.* aleo). **alea** prodigus IV 473, 50; V 344, 54. prodigus origine (*cf.* alto sanguine diuino origine *et Landgraf l. s. s.*) V 264, 3 (*an* aleo?).

Aleam ludo κοττίζω II 354, 12; κυβεύω II 356, 23; III 76, 44. **aleam ludit** κοττίζει, κυβεύει II 14, 33.

Aleator κοττιστής II 354, 13; III 202, 12; 334, 73; 527, 64. κυβευτής II 356, 22; III 149, 9; 272, 3; 372, 57. κυβιστής, κοττιστής III 478, 1. κοττιστής, κυβευτής II 14, 36. κυβευτής, κυβιστής, κοττιστής III 439, 16. tebleri (*AS.*), aleae, (*ubi* lusor *add. Loewe: nisi* aleo *males*) II 566, 8. teblere (*AS.*) V 338, 20. lusor cupiditatis IV 474, 1; V 264, 5; 344, 55; (*can. apost.* 43 *titul.*) 410, 2. *V.* Palamedes. *Cf. Landgraf Arch.* IX 362.

Alebre pulchrum, bene educatum IV 206, 6. quod bene a quibus alitur IV 477, 17; V 264, 59. **alisae** quod bene

alitur IV 481, 7. **alibre** alimentum IV 405, 24; V 342, 21; 345, 16; 591, 9. **alero** nutrimentum II 566, 4 (*ubi* alebre *Loewe GL. N.* 11; aletudo *Gundermann 'Phil. Anz.'* XV 521). **alibre** alimenta habens V 438, 34. **alebr⟨i⟩a** bona quibus alimur V 590, 20. *Cf. Festus Pauli p.* 25, 4; *Holder Caes. b. civ.* III 48, 2.

Alendum nutriendum IV 15, 21; 205, 41. nutriendum uel adiuuandum IV 429, 9 (= *Verg. Aen.* III 50).

Aleo κοττιστής, id est cottilator V 438, 32 (cottilator *tut. Landgraf Arch.* IX 363: *nisi* cottizator *verum est*). *V.* alea.

Aleo κυβεύω II 356, 28. **aleatur** cot⟨t⟩izat graece V 264, 39. *Cf. Landgraf Arch.* IX 363.

Aleps *v.* adeps.

Alerius εὔτροφος, θρεμβος γροφευς II 14, 35 (*ubi* θρεπτός *d*, τροφεύς *e*): *cf. Scal. ad Fest., Salmas. ad Plin. p.* 87 (θρέψιμος). bonus alumnus II 565, 50 (*male ex* εὔτροφος *versum*). nutritor V 342, 20. *V.* alebre.

Alers πεπαιδευμένος II 401, 26 (solers *e*). eruditus II 566, 13; IV 307, 20. **allers** sollers V 520, 6. doctus V 560, 35. doctus, eruditus V 438, 44. *Cf. Hildebrand p.* 6, *Loewe GL. N.* 11, *Landgraf Arch.* IX 362.

Ales πτηνόν II 14, 34; 425, 37; 499, 5; 544, 69. ὄρνις II 387, 13. ὄρνεον II 492, 14. aquila: sed et (uel *pro* sed et *G*) omnes aues possunt dici ales *Plac.* V 5, 33 = V 46, 6 (*ubi* alites *in fine cod. Bamberg.*) = V *praef.* XVI (omnis a. potest). *Cf.* νυκτικόραξ alitus, bubo II 377, 26 (*ubi* ales *a:* alucus *H.*). **ales** auis ambrosia IV 429, 10 (*cf.* ambrosia auis). **alites** οἰωνοί III 435, 24. aues, praepetes (perp. *codd.*) IV 307, 37. aues, aligerae IV 14, 27. uolucres IV 205, 32. aues IV 481, 9; V 263, 61; 264, 46; 345, 9 (challes *codd.*). nutritores (*cf.* altilis *et* alitor) seu uolatilia V 438, 39.

Alexandri corona *v.* uictoriola.

Alexandrina obastra (emplastra *Buech.*) III 570, 63.

Alexandrina sella *v.* basterna, conopeum.

Alexi nomen est pueri in Vergilio V 438, 31 (*cf. Serv. in Ecl.* II 1).

Alga βρύον II 260, 31; 496, 20; 521, 15; 545, 5; III 297, 21 (*cf.* βροια **alca** III 437, 19). φῦκος II 473, 45; III 17, 30; 89, 50; 187, 15 (asis); 187, 25; 297, 20; 433, 60; 439, 17; 467, 17; 477, 25. βρύον, φῦκος III 266, 19. herba marina, uar (= wâr, *AS.*) II 565, 43. uar (*AS.*) V 340, 15. scaldthyflas (*AS.*) V 340, 27. herba maris uel spuma maris IV 471, 28; V 263, 63. herba maris IV 15, 10; *post* V 344, 53. herba marina IV 307, 19. nascitur in aqua et allegat (= alligat) pedes III 543, 37.

Algeo ῥιγῶ II 14, 29; 428, 6; III 6, 16; 78, 69; 157, 30; 343, 8; 399, 67 (algio); 439, 18; 503, 15. ψυχίζομαι II 481, 27. **alges** ῥιγᾷς III 157, 31; 399, 68 (algis). **alget** ῥιγᾷ III 157, 32; 399, 69 (algit). ῥιγοῖ II 14, 28. infrigidat IV 14, 10; 475, 11; V 165, 21; 264, 18. **algemus** ῥιγῶμεν III 399, 70 (algimus). **alsit** frigduit IV 14, 11; 307, 49; V 345, 4. frigauit V 264, 24.

Algicis (algesis?) lumborum dolor; ex utraque coxa surgit ille dolor usque ad femora III 597, 9.

Algidus δύσριγος II 282, 14. δυσχείμερος II 282, 29. male infrigidatus II 565, 48. alsosus (*v.* alsiosus) IV 307, 21. **algidum** δυσχείμερον II 14, 30. ψυχρόν II 481, 34.

Algiosus *v.* alsiosus.

Algiscit (algescit *b*) frigduit (frigidauid *a*) IV 478, 14.

Algor ῥῖγος II 428, 5; 542, 6. κρύος III 294, 27. ψῦχος II 481, 31. frigus IV 14, 29; 15, 16; 205, 19; 482, 53; V 263, 66. frigus, frigdor IV 307, 22. **algore** frigore V 438, 33.

Alia granata (*vel* tranata) IV 405, 23. tranata *Scal.* V 591, 8 (*obscura: an* mala granata? alienigena extra nata *Graevius.* alica terra nata *Semlerus.* aluta tanata *Oehler.* alienigena alia terra nata *Buech.*).

Aliam parabolam ἄλλην παραβολήν III 400, 29.

Aliam uitam aliut genus uitae V 529, 7/8 (= *Ter. Andr.* 189).

Alias ἄλλοτε, ἄλλως II 14, 40. aliter IV 13, 55; 205, 43; 481, 53. interdum uel nonnumquam IV 307, 23. alibi uel interdum uel nonnumquam (*de canon.*) V 410, 5.

Alias dico postea, alio tempore dico V 264, 44.

Alias et alias ὁτὲ μέν, ὁτὲ δέ II 14, 37.

Aliatum (aleatum) σκορδᾶτον III 315, 5.

Alibi ἀλλαχῇ II 14, 38. ἀλλαχόσε II 14, 60. ἀλλαχοῦ III 127, 49. **alibi** et **aliubi** unum est, sed in usu[m] ⟨magis alibi⟩ est V 264, 28.

Alibre *v.* alebre.

Alica χόνδρος II 67, 46 (hal.); 477, 57; III 26, 59; 183, 37; 246, 59 (*de membr. hum.*); 299, 51; 357, 3; 525, 9; 555, 68; 620, 24. ἄλιξ III 430, 11. **halica** triticum [cum] contusum aoptis sanas (ad ptisanas?) II *p.* XLVI *adnot.* 2.

Alicaccabo (ἀλικάκαβον) durigneos (= δορύκνιον) III 559, 37. *Cf.* cacabus.

Alicubi ἀλλαχῇ II 14, 41. πούποτε II 414, 58. uspiam IV 307, 24.

Alicula *v.* allicula.
Alicunde ποθέν II 411, 1.
Alienatio ἐκποίησις II 292, 18.
Alienigena ἀλλόφυλος III 543, 27; 551, 9. ἀλλοεθνής II 14, 39. ξένος (alienigenus) II 378, 2. alterius gentis V 547, 9. alterius generis IV 205, 46; 479, 24. extraneus IV 405, 25. qui in aliena terra nascitur V 339, 33. qui ex aliena regione nascitur uel ex aliena gente natus V 438, 35. *Cf. Isid.* X 16.
Alieniloquium *v.* allegoria.
Alieno ἐκποιῶ II 292, 19. **alienat** priuat, altruncat (*v.* auerrunco) IV 307, 25. fraudat, expellit IV 307, 26. **alienauit** alienos fecit IV 15, 25.
Alieno more alieno genere uitae V 529, 1 (= *Ter. Andr.* 152).
Alienum ἀλλότριον III 439, 19.
Alienum aes pecunia feneraticia IV 15, 2; V 264, 23; 345, 1. *V.* aes alienum.
Aliger πτεροφόρος II 425, 32; III 257, 38. πτεροφόρος, Ἔρως II 14, 53. auis II 566, 10. gallus V 589, 13. **aligerum** pennatum IV 481, 10; V 438, 37. alas gerentem IV 429, 11 (= *Verg. Aen.* I 663). **aligerae** pinnatae IV 14, 40; 307, 27; V 263, 62; 438, 36 (penn.); 264, 47 (pinnae). **aligerum** uolatilium V 490, 46.
Alilupia ἀνθίας (*piscis*) III 257, 19 = **aulupia** ἀνθίας ὁ ἰχθύς II 227, 24 (αὐλωπίας).
Alimentum τροφεῖον II 460, 17. θρεπτήρια, τροφεῖα II 14, 58. nutrimentum IV 205, 50. **alumen** (alumeni *a*) nutrimentum IV 487, 7 (alim.?). **alimentum** uictum, cibum IV 478, 16. **alimenta** τροφεῖα III 14, 21; 35, 47; 36, 13; 87, 12; 182, 63; 314, 20. **alimentis** cibis (*reg. Bened.* 37, 6) V 412, 41. *V.* elementum.
Alimones ab alimento *Plac.* V 6, 17 = V 46, 9 (*cf.* V *praef.* V).
Alimonium τροφή II 460, 15. τροφεῖον II 460, 17. alendi curam V 165, 24. **alimonia** esca IV 206, 16. edulia, esca, alimenta, inpendia IV 307, 28. uictualia, esca IV 478, 15. uictu⟨a⟩lia V 264, 57. escam, cibum V 438, 38. *Cf. Isid.* XX 2, 2. *V.* ad alimonia.
Alioquin εἰ δὲ μή γε II 14, 43. εἰ δὲ μή II 285, 8. ἔπειτα II 306, 33; 312, 12 (επιτο *cod.*). si quo minus aut si non IV 14, 23. nam si non IV 205, 17. quod si non V 344, 48. quod si non uel aliter, uero V 264, 26. potius, magis uel quod si non uel aliter IV 307, 29. ceterum, utrum, quomodo, si non, sic, nam, si non, sic ominus (= si quominus) uel quod sin uel potius IV 481, 54.
Aliorsum altera in parte IV 14, 17; 205, 48 (-am in partem *ab*). altera parte IV 481, 52. alio more IV 15, 23. aliter dicit V 531, 5 (= *Ter. Eun.* 82).
Alipe σιχαρ III 350, 8. ficar III 395, 13 (= adipes στέαρ? *ita Vulc. v.* adeps).
Alipes πτερόπους II 425, 31; III 257, 39. ταχύπους II 452, 21. **alipedes** equi ueloces IV 15, 30; 85, 13; V 165, 25. ueloces IV 405, 26 (*Verg. Aen.* VII 277). ueloces equi V 345, 15. equos [anfractum] V 265, 1. equus (alipedum) V 490, 47. **alipedes** [ut pasta ab olendo] et equi et uolucres V 264, 38 (*cf.* altilis). *V.* cornipes.
Alipilarius δρωπακιστής II 14, 42; 281, 19. ioculator pilae II 565, 52 (*male ex Graeco versum: cf. GL. N. praef. VI.* uellicator pili *Nettleship 'Contr.'* 124. *Cf.* II *praef.* XLV, *Osbernus p.* 60ᵃ).
Alipilus δρωπακιστής III 307, 38; 514, 15.
Alipina δρῶπαξ II 517, 21 (alipila?).
Alipinno πτερῶ II 425, 35. alo, pinno *H. Cf. Roensch Coll. phil. p.* 235 (alipino).
Aliptes hoc officium aliptum (!) esse solet quod solent alapam in femur dare V 652, 14 (= *Iuvenal.* VI 422).
Aliquam quaedam, quandam IV 307, 30 (*contam.*).
Aliquamdiu ἐπὶ τοσοῦτον, ἐπὶ πολύ II 14, 49. ἐπὶ πολύ II 310, 28.
Aliquando ποτέ II 14, 50; III 244, 30. ἔσθ' ὅτε II 315, 15. ποτὲ τὸ χρονικόν II 414, 42. tandem, aliquantum tempus IV 307, 31. *Cf.* III 151, 66. *V.* tandem.
Aliquantisper ποσῶς II 414, 28. ἐπ' ὀλίγον II 313, 19. aliquandiu IV 15, 3; 206, 3; 429, 12; V 264, 27; 344, 49; IV 480, 2 (aliquando *libri praeter b*).
Aliquanto ποσῶς II 414, 28.
Aliquantulum parum IV 14, 46. paruum IV 307, 33.
Aliquantus ποστός II 414, 27. **aliquanta** ποστή II 414, 23. **aliquantum** πλεῖστον ὅσον II 14, 54; 409, 17. ἱκανὸν τῷ πλήθει II 15, 1. ποστόν II 414, 25. τί ποτε II 456, 24. parum IV 480, 1. **aliquanti** plerique IV 307, 32. *Cf. Roensch 'Beitr.'* II *p.* 2.
Aliquatenus μεχρί τινος, ποσῶς II 14, 44. ἐπὶ τοσοῦτον II 312, 18. ποσῶς II 414, 28. aliquantum IV 14, 15. aliqua ratione, aliquando IV 478, 1.
Aliquis ἕτερός τις II 315, 56. τίς ποτε ἀρσενικῶς II 456, 28. quisquam, ullus IV 307, 35. **aliqua** τίς ποτε θηλυκῶς II 456, 29. **aliquid** τί ποτε II 14, 59. quinam, quidnam IV 307, 34. **aliquod** ἕτερόν τι II 315, 57. τί ποτε II 456, 24. τὶ II 455, 22. **alicuius** τινὸς ἀρσενικῶς II 456, 21. τινός ποτε 456, 24. **alicui** τινί ποτε II 456, 19. **aliquem** τινά

ποτε ἀρσενικῶς II 456, 9. **aliquam** τινά ποτε θηλυκῶς II 456, 10. **aliqui** τινὲς ἀρσενικῶς II 456, 13. **aliqua⟨e⟩** τινὲς θηλυκῶς II 456, 14. *V.* ab aliquo, ab aliqua, ab aliquibus.

Aliquo setius ποσῶς νωχελέστερον liber de officio proconsulis II 14, 48. *Cf. Rudorff 'Abh. der Berl. Ac.'* 1865 *p.* 268.

Aliquot πλεῖστοι ὅσοι II 14, 51.

Aliquot annis τοσούτους ἐνιαυτούς II 14, 45.

Aliquotiens πλειστάκις ὁσάκις II 14, 52. πολλάκις II 412, 19. plerumque uel nonnumquam, amplius, saepius IV 307, 36.

Alis plaudens pinnis percutiens V 264, 51 (plaudit). **alis plaudentem** pennis percutientem IV 481, 11. *Cf. Verg. Aen.* V 515 *sq.*

Alistrare *v.* austrare.

Alisum *v.* azyma.

Aliter ἄλλως II 14, 47; III 127, 48. *Cf.* III 151, 17.

Aliter uideo παραβλέπω II 394, 9.

Alitor σιτευτής III 309, 37. **alitorem** nutritorem IV 14, 48; V 625, 42. **alitores** pastores IV 481, 5. *V.* altor.

Alitudo (alet.) τροφή II 460, 15 (*cf. Festus Pauli p.* 27, 12). *V.* alebre.

Alitus *v.* altus, ales.

Aliunde ἀλλαχόθεν II 14, 46. ποθέν II 411, 1.

Alius ἄλλος II 14, 61; III 127, 54. ἕτερος ὁ ἄλλος II 315, 55. **aliud** ἄλλο III 127, 56. **alium** ἄλλον III 127, 55; II 14, 56 (αλλο). **alio** ἄλλῳ III 121, 42 = 225, 37 = 646, 2; 128, 5. **alii** scribimus singulariter datiuo casu, ut de Catilina Sallustius (XIV 6) dicit: multos iuuenum pellicebat (pollicebat *a et G*) diuersis inlecebris: alii scorta praebere, alii equos mercari, alii canes ad uenandum *Plac.* V 8, 16 = V 46, 8. **alia** ἄλλα III 400, 28.

Alius aliter αλλος (= ἄλλος *et* ἄλλως) II 533, 55 (alias *H.*).

Aliutea aliud, amplius *cod. Ambros. B* 36 *inf. apud Loewium Prodr.* 432, *qui Festi loco* (6, 1) *collato* aliuta *scribit.*

Allabitur (*vel* adl.) adcelerat, uolat IV 472, 16. leuiter decurrit IV 205, 52; V 264, 52 (len.). infertur uel adluitur (abluetur *cod.*) V 264, 50. leniter decurrit uel infertur V 625, 40; IV 472, 17 (*Verg. Aen.* X 292). **adlabimur** deferimur V 162, 41. nauigando decurrimus V 162, 42. **allabi** (*vel* adl.) nauigio duci IV 205, 24; 304, 20.

Allapsus (*vel* adl.) sensim ueniens IV 206, 22; 304, 18; V 437, 9; 540, 5. **adlapsa** caute ueniens IV 11, 19 (*Verg. Aen.* XII 319). incaute (?) ueniens V 165, 11.

Allata ἐνεχθεῖσα II 15, 2. **adlata** προσενεχθέντα, ἐνεχθεῖσα II 10, 46. **adlatum** adportatum IV 7, 29; 304, 19; 471, 41. adportatum uel adductum IV 11, 8. **allata** reuerentia (renuntiata?) uel cognita IV 307, 41. renuntiata V 438, 40.

Allaterati (adlateratim *G*) **palmulis** qui circa latera palmas gerunt *Plac.* V 6, 4 = V 44, 23 (*ubi* adlateratis *ex cod. Bamb. Deuerling*).

Allec allex ὀψάριον τὸ τεταριχευμένον II 391, 22. **hallec** neutro genere V 642, 27 (*Non.* 120, 3). **allec allecis** genus piscium, quod maxime Salerno abundat V 520, 2. **allec** pisciculus ex mare modicus, aptus etiam liquaminibus IV 205, 37 (*cf. Isid.* XII 6, 39). a liquore salsamentorum V 560, 34. hoc **alex** singulariter tantum declinabitur, ἅλιξ (= ἄλληξ) II 225, 7 (*GR. L.* I 32, 8; 327, 24; 548, 12). **alex** ἡ ἅλιξ III 257, 18. **allix** ἀλλίκιν III 437, 12. ἅλιξ II 525, 33. **allecis** nomen piscis V 560, 36. **allecem** ἄλληκα III 318, 57. *Cf.* III 288, 7 = 658, 18. *Cf.* alcedo.

Allectat (*vel* adl.) dilectat, adlicit V 638, 34 (= *Non.* 76, 24). spectat IV 206, 14; 477, 36; V 264, 17; 344, 59. expectat IV 14, 5; 307, 42; V 410, 9 (*de canon.*). electat V 490, 53 (allectit electit *cod.*). *V.* allicio.

Allectatio lectio cum magistro II 564, 32. *Cf. Loewe GL. N.* 6. *V.* allectio.

Allectio (adl.) παρανάγνωσις II 395, 43.

Allecto Ἀληκτώ III 237, 40. nomen furiae IV 476, 19; V 264, 48.

Allectus στρατολογία II 438, 50; 487, 18.

Allectus allectatus IV 307, 43; V 438, 42; 560, 40. quod sit palam electus (= *Isid.* X 20) V 491, 3. consuetus II 565, 54 (*ubi* consultus *Loewe GL. N.* 10, conscriptus *van der Vliet Arch.* IX 302). **allectum** electum IV 205, 45. **allecti** electi IV 14, 20; 477, 38; V 632, 17. *Cf. GR. L.* VII 297, 21. *V.* ex allectis.

Allegans deputans, eligens uel delegans *Plac.* V 5, 18 = V 46, 4.

Allegatio διδασκαλία II 15, 4. διδασκαλία ἐπὶ τοῦ διδάσκοντος πρᾶγμα II 276, 9. δικαιολογία II 277, 19. παρεγγύη II 397, 28.

Allegatum subornatum, submissum V 530, 33 (= *Ter. Andr.* 899).

Allegendum (?) δικαιολογητόν, ἀναδιδακτέον II 15, 6. *V.* allego.

Allego (adl.) παραναγιγνώσκω II 395, 42.

Allego ἐμφανίζω II 296, 59. ἱκεσίαν προσφέρω II 331, 50. offero V 657, 11 (*Apul. d. deo Socr.* 5). **allegat** (*vel* adl.) παρατίθεται μάρτυρας, δεήσεις, προσ-

κρίνει, προσαγγέλλει II 10, 51. προσκρίνει II 15, 3. διαβεβαιοῦται, διισχυρίζεται II 15, 10 (alleget). dicit V 438, 41. adstruit IV 8, 36; 14, 35; 477, 41. insinuat, mittit IV 14, 9; 307, 44; 477, 35; V 264, 22; 345, 3. asserit uel aduenas V 264, 58 (*contam.*?). **allegauit** ἐνεφάνισεν II 15, 5. **allegauerunt** retexerunt V 265, 4. **alligare** uerba imperatoris ad iudicem ciuitatis mittere V 342 *post* 56 *et* V 343, 1. scristi (scriptis *Schlutter Arch.* X 200) insinuare, id est publice ante iudices insinuare et confirmare V 261, 55. insinuare, mittere V 410, 8 (*cf. can. concil. Afric.* 96; *Antioch.* 12). *Cf.* **allegandum** ἐμφανίζω II 15, 7 (allego?). *V.* allegendum.

Allegoria figurata dictio III 488, 15; 507, 56. figuralis dictio (*de verbor. interpr.* = *Hieron. in Matth.* 11, 16—19) V 416, 15. similitudo IV 13, 54; 14, 41; 477, 2; V 264, 11. similitudo uel alien⟨il⟩oquium IV 307, 45 (*cf. Isid.* I 37, 22). aliud pro alio significans, id est similitudo IV 206, 1. aliud ex alio significantia IV 476, 52. inuestigandae cogitationis (-es *cod.*) uis (uix *codd.*) gemina [a]ut aliud sit in scientia IV 477, 1 (*Isid.* I 37, 26). *V.* in allegoria.

Allegoricum altum uerbum legis inquisitum *Plac.* V 46, 5.

Alleluia laudate dominum siue pater, filius, spiritus sanctus (*reg. Bened.* 9, 20; 11, 15, *passim*) V 412, 28. laudate dominum IV 205, 42 (= *Eucher. instr. p.* 145, 12).

Allenae corrigia frenorum *gloss. Salom. Cf. Loewe GL. N.* 163. *V.* antilena. *Cf. Schlutter Arch.* X *p.* 191, *qui de* habena *cogitat.*

Allentauit *v.* destruo.

Alleuatio κούφισμα III 363, 18.

Alleuianta (adl.) κουφίζουσιν (*an* alleuiant?) II 8, 4. *V.* aggenuino.

Alleuitans alleuans, alleuians V 438, 43.

Allex *v.* allux, allec.

Alliciendos inliciendos uel persuadendos *Plac.* V 5, 14 = V 46, 7.

Allicio δελεάζω II 267, 51 (-eo). **adlicit** ἐπάγεται II 10, 49; 555, 21 (απαγ. *cod.*). ἐκκαλεῖται, ἐκπείθει II 15, 9 (allicer). incitat, prouocat V 437, 10. incipit (?), prouocat IV 304, 21. inuitat IV 478, 9; V 265, 2. suadet, magis sollicitat V 261, 47. **allecit** adlactat, delactat V 165, 18. **alliciunt** prouocant IV 478, 10; V 345, 7. prouocant uel sollicitant V 264, 7. **alliciat** (allectat?) alligat, obligat V 490, 49. alligat V 339, 32. **allicere** πείθειν II 15, 8.

Allicula genus uestis IV 15, 6; 205, 26; 480, 3; V 165, 22 (signus *codd.*); 490, 50; 590, 22. *V.* gallicula.

Allido (*vel* adl.) ῥήσσω III 6, 18; 79, 3; 399, 72; 439, 20. προσρήσσω II 422, 57. **allidis** ῥήσσεις III 399, 73. **allidit** ῥήσσει III 399, 74. προσρήσσει, ἔρηξεν II 10, 53 (*cf.* adlisit). **allide** ῥῆξον III 399, 71. **allidite** ῥήξατε III 399, 76. **allidere** interficere, mactare V 165, 23. **adlisit** ἔρηξεν II 10, 50. **alliserunt** ἔρηξαν III 399, 77. **allisus est** ῥέρηκται(!) III 399, 75. *Cf.* **allidat** adiecit V 265, 5 (allegat adicit *H.*). *Cf. GR. L.* I 565, 13.

Alligamen (*vel* adl.) ἀπόδεσμος II 236, 24. ligatura II 564, 47.

Alligamentum δεσμός II 499, 44; 543, 22. δεσμός II 268, 40. δέμα II 268, 4. ἔνδεμα II 298, 1.

Alligatio δέσις II 268, 45. πρόσδεσις II 420, 42.

Alligator δέτης II 268, 53.

Alligo δεσμεύω III 133, 32. δεσμῶ II 268, 41. προσδεσμῶ II 420, 43. **alligas** δεσμεύεις III 133, 33. **alligat** δεσμεύει III 133, 34. oblectat IV 405, 27 (*cf.* allicio). **alligatus** δέδεται III 135, 37 (agilatus).

Alligurio *v.* abligurio.

Allisus affectus IV 479, 36; V 345, 8. affectus, afflictus [inpiger] V 264, 10 (*v.* 8). **adlisum** adlositum IV 304, 22) *V.* attonitus, allositum.

Armilustrium *ὁπλοκαθάρσιον* II 25, 36. *ὁπλοκαθάρσια* II 528, 41. **armilustrum** *ὁπλοκαθαρμός* II 25, 37. *ὅπλων κάθαρσις* II 385, 32. **armilustrium** domus ubi arma mundantur II 567, 39 (*male versum*). quod armis locus lustretur V 267, 54; IV 481, 39 (armilustrum).

Armiportitor *v.* armiger.

Armipotens bellator IV 480, 15; V 268, 21.

Armites *ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει* II 23, 15. *παράταξις ἐνόπλω⟨ν⟩* II 23, 16 (*ἔνοπλος e*). armipotens IV 20, 54; 480, 16. *Cf.* **armicis** armatis V 441, 23.

Armitia *θυσία* II 23, 19 (alm. *g*). *Cf. Paulus Festi p.* 4, 1.

Armo *ὁπλίζω* II 25, 26; 385, 23. **armaui** *ὥπλισα* III 165, 68. **armauit** *ὥπλισεν* III 7, 57; 439, 68. **armauerunt** *ὥπλισαν* III 165, 69. **armauit se** *ὥπλισται* III 400, 27. **armor** *ὁπλίζομαι* II 385, 22. **armati sunt** *ὡπλίσθησαν* III 400, 25. *Cf.* **armo** *προυστελλιον* II 23, 20 (*ubi προστέλλω vel περιστέλλω Vulcanius*).

Armoniacia *χρυσόμηλα* III 185, 31; 256, 31 (armeniaca?).

Armoracia *ῥαφανίδες* II 23, 17; III 16, 28. radistria (= rapistria) III 575, 44. lapsana III 567, 10 (*cf. v. Fischer-Benzon p.* 114). lapsena V 168, 30. acanni id est sancina siue **a⟨r⟩moracia,** quod est lapsina III 536, 18. acania id est sancia siue **aromatia** III 550, 13. **arintracia** id est lapsena III 536, 12. **arintracis** lapsena III 550, 7. *Cf. Isid.* XVII 10, 20.

Armorum faber *ὁπλοποιός* II 25, 38.

Armus *ὠμοπλάτης* II 23, 21; III 310, 69. *ὠμοπλάτη* II 482, 9; III 247, 70. filopteuron (*φιλόπλευρον*?) III 87, 32. *Cf. ὑπόπλευρον* **armum** *ἀκρώμιον* III 14, 41. scapula IV 311, 2. boog (*AS.*) V 340, 36. **armi** *ὠμοπλάται* III 175, 46. *V.* alnus.

Arnanti (armanti *G*) frementi (prementi *R*), murmuranti *Plac.* V 7, 10 = V 48, 20 (arnanti *etiam in praef. Anthol.* V *p.* V: *cf. Loewe GL. N.* 108). *Cf.* armentia.

Arniglossa uegbradae (*AS.*) V 340, 34. *V.* plantago; *AHD. GL.* III 221, 28.

Aro *ἀροτριῶ* II 23, 22; 245, 42; III 261, 12.

Aromata *θυμιάμα⟨τα⟩* III 523, 9. boni odores III 597, 28.

Aromatizans redolens *gloss. Sal.*

Aroscit *πλανᾶται, ὡς Λίβιος* II 23, 42 (aberrascit *De-Vit.* abescit *H. Cf. Klein Mus. Rh.* XXIV *p.* 295).

Arpendia *v.* aruipendium.

Arpos in Apulia ciuitas Turni IV 20, 26. *Cf.* Argos hippion.

Arquamentum dixl (*AS.*) II 568, 4. *Cf.* armamentum.

Arquaturae forfices V 168, 31. fornices *Mai* VII 552.

Arquatus ictiricus II 568, 13 (*cf. Hildebrand p.* 25). morbi genus V 441, 27. morbus regius ab arcu dictus, quod uiridis faciat V 649, 10 (= *Non.* 35, 10). *V.* auruginosus, arcuatus.

Arquitene<n>s quod arcum Apollo teneat IV 480, 40 (= *Verg. Aen.* III 75).

Arra ἀρραβών II 23, 27; 492, 37; 517, 26; 534, 19; 539, 63; 552, 21; III 277, 18.

Arrabonem pignus, arram IV 472, 23. arra<m> uel pignus IV 21, 7. arram uel pignus V 440, 58. arram V 167, 46; 268, 2.

Arrare guadiare V 491, 60. *Cf. Bruckner 'Sprache der Langob.'* 213ᵃ.

Arratam desponsatam *gloss. Sal.*

Arrectus intentus, adtonitus IV 311, 4. audiens uel ad audiendum paratus IV 477, 21. **arrecti** erecti IV 10, 31; 477, 22 (*Verg. Aen.* I 579?). stabiliti, erecti V 268, 10. erecti, extersi (exerti *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 115), excitati, eminentes IV 21, 30. **arrectis** erectis V 268, 18. ad audiendum paratis V 268, 16. *V.* arduus.

Arrectis mentibus *v.* attonitis animis.

Arrepticius θεόληπτος II 327, 30. ariolus IV 311, 5. furiosus V 339 35. *Cf.* **abrepticius** furiosus IV 202, 2 *et* **abrepticius** furiosus, ariolus V 435, 36 = **adrepticius** furiosus, ariolus V 437, 28. **arrepticius** ariolus, furiosus V 590, 55. qui habet spiritum Pythonis V 491, 62. *Cf.* **repticius** daemoniosus V 386, 57. *V.* hariolus, nymphaticus.

Arreptus (adr.) raptus, asportatus IV 8, 23. **arreptae** excitatae IV 477, 25; V 268, 19; 626, 24. **arreptas** impetu raptas IV 477, 23. *V.* abreptus.

Arretina *v.* arietina.

Arrhenicon masculinum IV 21, 39.

Arridente (adr.) tyctendi (*AS., nom. sing.*) V 341, 15 (*cf. Oros.* V 18, 15).

Arrideo (*vel* adr.) προσγελῶ II 420, 39; III 156, 37. **arridet** (*vel* adr.) fauet IV 305, 2. iocunditate pollet (?) IV 21, 6; 482, 25. **arridit** (*vel* adr.) deridit IV 8, 21 (*ubi* iocunditatem pollicetur *add. a*). fauit V 346, 17. fauet IV 404, 39. **adridere** blandire(!) V 530, 57 (= *Ter. Ad.* 864). **arrisit** gauisus est IV 482, 26. *V.* atquin arridet.

Arrigo ὀρθῶ II 386, 43. ἀνορθῶ II 228, 31. **arrigit** ὀρθιᾷ, ὀρθοῖ II 23, 28.

Arriguus obscene rigidus II 568, 10.

Arripio ἀφαρπάζω (*v.* abripio) II 252, 33. ἐπιλαμβάνομαι II 309, 17. corripio IV 21, 13. **arripit** ἀφαρπάζει, ἐπιστρέφει, ἐπιλαμβάνεται χειρός II 23, 29. apprehendit IV 20, 50; 208, 5. eripit V 346, 16. **arripere** ποιήσασθαι ταχέως II 23, 30. **arripiebat** adpraehendebat IV 480, 39. **adripi** e>t συλλήψεται II 9, 2. *Cf.* ad arripiendum.

Arrius (?) faag (*AS.* = *bunt*) V 340, 30 (*ubi* uarius *Diefenbach*).

Arrogans (*vel* adr.) ὑπερήφανος II 464, 18. βάναυσος II 255, 48. ἀλαζών II 224, 35. ἀλαζών, ὑ<πε>ρόπτης II 4, 34. αὐθάδης III 333, 17. ἀπηνής III 333, 59. ἀπρόσχωρος III 372, 49. superbus IV 7, 24; 305, 3; II 564, 6 (abr.). *V.* abrogans, arrogatus.

Arroganter (*vel* adr.) ἐρωτηματικῶς II 315, 9 (*contam.*?). elate IV 207, 35; 484, 6. **adrogantissime** uulanclicae (*AS.*, gelphlich *est forma palaeotheodisca*) V 341, 57.

Arrogantia (*vel* adr.) ἀγερωχία II 216, 19. ἀλαζονία II 224, 33. ὑπερηφανία II 464, 17. βαναυσότης II 255, 49. superbia IV 484, 5; V 261, 14. iactantia IV 207, 36.

Arrogatio (*vel* adr.) υἱ<ο>θεσία II 462, 68. παράκλησις II 533, 37 (adtog. *cod.* aduoc. *H.*). προσχαρισμός (προσκαρπισμός *Keil*) II 539, 65. προσχαρισμός, υἱοθεσία II 552, 23. *V.* adoptio.

Arrogatus (adr. *cod.* arrogans?) superbus V 261, 46. υἱοθετός II 8, 34 (ador *cod.* adoptatus *c, fortasse recte*).

Arrogo (*vel* adr.) προσχαρίζομαι II 423, 39. **adrogo mihi** χαρίζομαι ἐμαυτῷ II 475, 38. ἀπονέμω ἐμαυτῷ II 239, 18. **adrogo** ἀπονέμω II 239, 17. ἀλαζονεύομαι II 224, 34. **adrogat** ὑπερηφανεῖ, λοιδορεῖ II 8, 18. adscribit uel deputat IV 9, 48; 20, 34 (disputat); 484, 3. uindicat, extollit IV 484, 4. **adrogant** addunt *Plac.* V 5, 31 = V 44, 35.

Arrumo (adr.) φημίζω II 470, 44. **adrumauit** rumorem adtulit IV 8, 9 (adruminauit *codd.*) IV 10, 2; 305, 4; V 163, 17 (adr.); 261, 24; 344, 2; 591, 26 (rumores). *Cf. Festus Pauli p.* 9, 14; *Loewe Prodr.* 12; 163.

Arrunt mucci et saliuae excurrunt V 652, 28 (*ubi* catarrhus unde mucci *e. q. s. Wirz.* narium *H. coll. Iuvenal.* X 199). *Cf Mai* VI 592; *Osb. p.* 152.

Arruntius nomen stellae IV 207, 46 (*ubi aut* arcturus *aut* Arruntius Stella *Warren*). stellae nomen est IV 484, 31.

Arruptis (adr) apertis IV 10, 10; *Mai* VI 504. *V.* abruptus.

Ars τέχνη II 23, 25; 454, 48; 507, 2; III 306, 73; 328, 4; 353, 46; 366, 71;

375, 52; 504, 17. peritia IV 406, 21. ingenium IV 21, 24; V 441, 8. **arte** artificiose IV 20, 42. **artes** τέχναι III 271, 8. **arces** argutia IV 20, 33. *V.* mala ars.

Arsacidae Πάρθοι II 23, 37.

Ar[u]sedentes circum sedentes *Plac.* V 6, 33 = V 48, 28 (*ubi* arsedentes *Deuerling,* amsedentes *c*[2], *O. Mueller, recte ut vid.: cf. Fest. Pauli p.* 21).

Arsella *v.* argemonia.

Arsenicum *v.* auripigmentum.

Arse uerse prouerbium *Plac.* V 7, 16 = V 48, 22. *Cf. Festus Pauli p.* 18, 15. *V.* arase.

Arsibilis καύσιμος II 346, 60.

Arsinum διάκριμα II 23, 31. *Cf.* arsineum *apud Festum Pauli p.* 20, 16 *et Muelleri adnotationem.*

Arsippio arcus V 168, 32 (Argos hippion Arpos?). *V.* Argos hippion.

Arsis e⟨le⟩uatio IV 21, 36. (elatio *Buech.*).

Ars texendi ἱστουργία III 270, 26.

Artaba genus mensurae Syra lingua *Plac.* V 5, 29 = V 48, 23. modii tres V 343, 2. modia tria IV 207, 28. *V.* tres artabae. *Cf. Isid.* XVI 26, 16.

Artana Cappadocum lingua Aprilis mensis dicitur V 168, 33. *Cf. Ideler* I 442.

Artat στενοχωρεῖ II 23, 45. stringit IV 207, 34. **artare** constringere IV 20, 53 (*cf.* V 590, 6 [anctare]); IV 472, 12. **artauit** conligauit IV 21, 16. adfixit V 346, 23. adf[l]ixit siue conligauit V 267, 19. **artentur** συνελαυνέσθωσαν, συνσφιγγέσθωσαν II 23, 47. *V.* artire.

Artatio στενοχωρία II 437, 15.

Artatus constrictus V 168, 34. subers (*an* sollers? *cf.* artitus), districtus IV 311, 6.

Artaxata genus uestis peregrinae V 652, 30 (= *Iuvenal.* II 170).

Arte ἐσφιγμένως II 23, 38.

Arteisti Cappadocum lingua Maius mensis dicitur V 168, 35. *Cf. Ideler* I 442.

Arte labo⟨ratae uestes⟩ artificio (arteficium *codd.*) laboratae uestes IV 430, 43 (*Verg. Aen.* I 639. *Cf. Loewe GL. N.* 109).

Artemesios (*h. e.* Artemisios) Perinthinorum (!) lingua October mensis dicitur V 168, 36. Byzantinorum lingua Aprilis mensis dicitur V 168, 37. Macedonum lingua Maius mensis dicitur V 168, 38. *Cf. Ideler* I 393.

Artemisia Dianaria herba V 496, 52. mater herbarum III 569, 48; 607, 18; 614, 30; 616, 26. gallice briginus appellant, alii matrona III 631, 22. ambrosia III 552, 40. [a]leptophyllos III 550, 55. tagantes (*vel* -tis *h. e.* traganthes) III 586, 22; 595, 68; 629, 63; 632, 63; 578, 46 (trigiantes). parthenion (*Pseudapul.* XI) III 573, 67. britania III 554, 35; 618, 63. gibber III 591, 12; 612, 31; 624, 52. caristelon (*cf.* charistelochia *Pseudapul.*) III 621, 62. serpillo maiore siue iptios (ὕπτιος?) III 535, 42. origano id est col[on]ena (*cf.* origanum) siue coronabuli (= corona bubula) uel **artemisia** III 570, 41. ἀμάρακος III 549, 14. zimber (zingiber?) III 535, 17; 549, 26 (timber); 630, 62. passiphea III 571, 67. monoglosa (= monoclonos) III 626, 64. cetene III 621, 64. santonica III 576, 76 (*cf.* absinthium). nim (lia? *cf. Pseudapul. l. s. s.*) III 570, 9. tigaritas (traganthes *Stadler*) III 630, 6. *Cf.* mile **artemisia** id est altea III 569, 8. *V.* febrifugia, origanum.

Artemisia monoclonos emoronu (haema cronu *Pseudapul.* XI) III 562, 5. genefefes (genos hephaestu *Pseudapul.*) III 564, 35. toxtes (toxetesia *Pseudapul.*) III 578, 24. aristolocia (*cf.* charistelochia *Pseudapul.*) III 552, 9. filacterion meca (= μέγα?) III 563, 15 (*cf. Pseudapul.*). fexaga (pexasin *Pseudapul.*) III 563, 16. apolisus (hypolysus *Pseudapul.*) III 552, 10. tonox (toxobolon? *cf. Pseudapul.*) III 578, 25. charistelon (*cf.* charistelochia *Pseudapul.*) III 557, 58. onocantistrisia (onicanthen *Pseudap.*) III 570, 56/57. bobatis III 553, 68. bobastis id est **artemisia** [uel] **monoculo** III 618, 19 (*cf. Pseudap.*). episias (= ephesia) id[em] est eantropum (haema anthropu *Pseudap.*) III 562, 4. emantropium (= haema anthropu) III 562, 3. armosia III 552, 8 (= ambrosia). atalentis III 552, 7. lioparis (lycophryx? *cf. Pseudapul.*) III 567, 32. alsabalsa III 552, 11. coethene uel ceethene (*cf.* artemisia: *an* colena?) III 557, 59. *Cf.* clinos id est monoclonos III 622, 16. *V.* aristolochia.

Artemisia t⟨r⟩agant⟨h⟩es crissantimi (chrysanthemon *Pseudapul. cap.* XI) III 557, 60; 622, 17 (crissancium *sine* tagantes). tanacipan III 578, 27 (*ubi* tanacetum *v. Fischer-Benzon p.* 74).

Artemo ἀρτέμων πλοίου II 246, 5. ἀρτέμων III 205, 24; 400, 61; 434, 19 (artemon). temo *Plac.* V 5, 10 = V 48, 24. **artemon** malus nauis IV 311, 7; V 267, 55; 338, 40. **artemo** instrumentum arietis (ratis *Cerda*) *Scal.* V 590, 8 (*cf. Serv. in Aen.* IX 503: *nisi error subest explicandus ex* V 632, 33 + 34). instrumentum nauis V 632, 33. **artemone** breue uelum V 561, 41.

Artepelliones gunnarii V 441, 32 (*adde Mai* VI 509, *ubi etiam* artepelliones qunnarii *adfertur: cf.* tentipellium, pellio).

Artepta *v.* artopta.

Arteria ἀρτηρία III 247, 58 (*unde*?).
Arteriasis raucitudo uel asperitas in faucibus III 597, 7 (*cf. Isid.* IV 7, 14).
Arteriotomiae sectio uenarum III 597, 35.
Artheraterem *v.* narratorem.
Arthritis (artredire *cod.*) dolor qui iuncturis contigit ex humore melancholico, descendit per ossa et coagulationem sanguinis accipit et dolorem facit III 597, 1.
Arthron articulos (-us?) IV 21, 38.
Articulare ἀκρωνύχιον III 203, 3 (*de aureis*). ἀκροκονδύλιον III 324, 19 (*de aureis*). καρπόδεσμος fasciolae, **articlare** III 21, 39. **articulare** ἀκροδάκτυλον, ἀρθριτικόν, ἀκρώνυχον II 23, 36. *Cf. Funck Arch.* VIII 390.
Articularius ἀρθριτικός II 244, 29. καρπόδεσμος II 339, 9 (*ubi* articularia fasciola *e*).
Articulate *v.* arcicolater.
Articulatim ἀρθριτικῶς II 244, 30. *Cf.* articulatim gradatim *lib. gloss.*, *Mai* VII 552.
Articulator μελοκόπος II 23, 39.
Articulatus *et* **articulata** ἔναρθρος II 297, 40. **articulatus** articulis compositus IV 21, 2. articulis conpactus V 267, 56; IV 311, 8; 482, 23; V 346, 9.
Articuleius articulus breuis IV 406, 24. *Cf.* **articolae** articuli breues V 441, 31. *V.* arunculeus.
Articuli dolor ἀρθρῖτις II 363, 56. **articolorum dolor** ἀρθρῖτις III 489, 33.
Articulus ἄρθρον II 244, 31; 491, 3; 514, 28; 542, 1; III 375, 75 (*grammat.*). **articulum** ἄρθρον, καρπός II 23, 44. ἄρθρον II 244, 31; III 351, 18. **articuli** ἄρθρα, κόνδυλοι II 23, 46. ἄρθρα, καρποί III 311, 10; 509, 3. ἄρθρα III 12, 42; 85, 70; 175, 56; 248, 16. **articula** ἄρθρα III 351, 19. *Cf.* **articulum** argumentum, ingenium *lib. gloss.* = *Mai* VII 552. *V.* in articulo diei, artus.
Artifex τεχνίτης II 23, 32; 454, 52; III 200, 65; 271, 7; 306, 72; 366, 70; 504, 18. opifex IV 311, 9. **artifices** τεχνῖται III 25, 34.
Artificale τεχνικῶς (artificialiter *ae*) II 454, 50.
Artificialis τεχνικός II 454, 49. **artificialia** τεχνικά (techinica) III 199, 1.
Artificina in qua artes exercentur *Scal.* V 590, 51 *ex Osb. p.* 43.
Artificiosus φιλοτέχνης II 471, 59.
Artificium τεχνουργία II 23, 34. τέχνη II 454, 48. τεχνίον II 454, 51.
Artire constringere, coniungere [angustum uel dolosum] IV 311, 10 (*cf.* artus). *Cf. Roensch Coll. phil. p.* 225.

Artis grammaticae τέχνης γραμματικῆς III 328, 1.
Artissime commisit *v.* aptissime c. (*quamquam nescio an* artissime *praeferendum sit*).
Artitus πάντεχνος, δαίδαλος II 23, 33. artibus (artubus *G*) edoctus *Plac.* V 7, 24 = V 48, 27 = V *praef.* V. *Cf. Festus Pauli p.* 20, 14. *V.* artatus.
Artopta pistor V 652, 29 (*Iuvenal.* V 72). **artepta** (*aliquoties* arcepta) genus uasis ut pigella IV 21, 4 (*ubi* pigella *non sollicito.* πύελος *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 115). genus uasis ut pugella V 168, 39. genus est uasis quasi pigella [inpingit] V 268, 3. genus uasis quas⟨i⟩ pigilla V 632, 35. genus uasis, pigella (ut p. *cb*) IV 477, 24. genus uasis IV 476, 47; V 338, 37; 590, 9 (accepta genus nauis). *Sunt qui discernant* artopta *et* arcepta *(quasi vas quod utraque parte capi potest): parum probabiliter. Cf. Loewe Prodr.* 259; *Plaut. Aul.* 400. *V.* pigella.
Artuatim membratim IV 20, 2; 207, 44; 487, 9; V 168, 41.
Artus (arcius *cod. h. e.* arctus) lassus uel grauatus V 346, 12. grauatus IV 479, 5; V 267, 14. **artum** angustum uel strictum V 267, 33 (arctum); IV 485, 48; 20, 36 (secretum). angustum uel dolosum IV 311, 10 (*cf.* artire). angustum *c post* IV 20, 52. strictum V 546, 7. **arta** στενωπά II 23, 35. tribulata IV 472, 13. tribulationibus pressa IV 20, 18: *cf. Eucher. form. p.* 50, 6. stricta IV 430, 42 (= *Verg. Aen.* II 146). stricta, angusta IV 207, 33. **artis** strictis (scriptis *codd.*) V 346, 26. **artius** constrictius, angustius IV 406, 22. **artiores** ἄρρηκτοι, δύσλυτοι II 23, 48. *V.* artus, artire.
Artus μέλος II 491, 1. μέλος τὸ σῶμα II 367, 22. ἄρθρον II 244, 31. ἁρμὸς μελῶν II 245, 19. κῶλον ἀνθρώπων II 357, 28. μέλος, ἄρθρον, ἅμμα, δέμα II 542, 4. membrum II 568, 9; IV 311, 12; V 267, 46. μέλη τὰ ὁλόκληρα καὶ † σεσφιγρωενον καιτι ωρουρωενον II 23, 49 (καὶ ἐσφιγμένων *h.* καὶ τετμημένων *idem:* ἐσφιγμένον καὶ αἰωρούμενον (= arduum?) *Vulc.* καὶ τιμωρούμενον *Priorius.* τιμωρουμένων *Buech.*). γυῖα III 350, 14. articulus, membra uel iuncturae membrorum [seminibus apta: *cf.* aruum] IV 311, 11. membra decora IV 20, 1. decori (decora?), pulcra membra IV 20, 4. propria (proprie?) iuuentus (iunctus?) IV 20, 38. proprie iuuentus(!) uel membra IV 21, 14. membra III 510, 36; IV 20, 39 (arta). propria (proprie?) iunctura membrorum

V 267, 28. iuncturae membrorum IV 487, 10. membra, degita, noda (digiti uel nodi *ab*) IV 207, 32. digitos aut reliqua noda IV 487, 11. **artubus** membris IV 20, 3; 487, 8. membris digitorum V 491, 61. *V.* aestus, per artus.

Arula *βωμίσκος* II 261, 2. ara diminutiue II 567, 32. craticula IV 311, 20; V 590, 57. est genus sartaginis ad carbones ferendum V 615, 6. fyrpannae uel herth (*AS.*) V 338, 4. *Cf. Roensch 'Beitr.'* I *p.* 9.

Arunculeus carbunculus II 568, 7. *δοθιήν* **aurunculus** forunculus II 279, 44. *An ubique* carbunculus *scribendum est? Cf. Gundermann 'Phil. Anz.'* XV *p.* 521.

Arundinetum (*plerumque* har. *libri*) *καλαμών* II 337, 20; 500, 29; 526, 36; 544, 2; III 428, 29/30 (harundineum *cod.*).

Arundo *κάλαμος* II 68, 18 (har.); 337, 18 (her.); 494, 39; 519, 1 (har.); 540, 53 (har.); 553, 14; III 92, 35 (har.); 186, 31; 192, 9; 261, 43 (har.); 264, 61 (har.); 358, 32; 359, 9; 397, 21; 428, 30 (har.); 496, 55 (har.). *δόναξ, κάλαμος* III 301, 10 (har.). **harundo** *δόναξ* II 280, 11. calamus V 299, 59. canna V 364, 39. canna, calamus IV 242, 42. sagitta IV 523, 38; V 110, 1. sagitta uel canna IV 85, 12. canna uel sagitta IV 348, 26. calamum, sagitta siue canna V 107, 18. sagitta uel canna [pia fiunt] V 299, 31. sagitta, quia Cupidinem sagittas dicebant amorum habere pagani: unde letalis arundo (*Verg. Aen.* IV 73) amor usque ad mortem. raro autem inuenitur canna a ueteribus dicta nisi tantum a Varrone V 107, 17 (*cf. Isid.* XVII 7, 57); 206, 36. **arundine** canna uera (auena?) uel calamum IV 207, 42. *V.* canna, auena.

Arura iugera[tur] V 441, 20. (iugeratio *H.*).

Aruspex *v.* haruspex.

Arutaena *ἀ[ι]ωτεγχύτης* (arugene *codd.*) III 23, 1 (*πλυτεγχύτης Buech.*). **arecena** plitenchites (*ἀωτεγχύτης?*) III 93, 65. **aretina** plitenchytis III 203, 44 (*semper in capite de argenteis*). *Cf. Festus Pauli p.* 21, 3. *Huc refert Loewe Prodr. p* 313. **atena** *εἶδος ποτηρίου ὀστράκου* (*ὀστρακίνου?*) *ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται* II 22, 25 (*ubi iam g* arutaena): *quem contra recte Mommsenus* (*Ephem. epigr.* VIII 254) *ab ἄττανα τήγανα* (*Hesych.*) *profectus cum* atanulus *vocem conectit, quod videas.*

Arualis *ἀρουραῖος* II 245, 44. rusticus, agrestis V 268, 14; 346, 21; 441, 19. **apualis** (*i. e.* arualis) sata tellus II 567, 16.

Arua opima **** IV 430, 14 (= *Verg. Aen.* II 781/82).

Aruares s[c]odales *οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες. δικασταί* liber de officio proconsulis II 19, 1. *Cf. Rudorff 'Abh. der Berl. Ac.'* 1865 *p.* 268; *Wessner Comm. Ien.* VI 91; 111.

Aruas daemonas IV 485, 35: *ubi* heroas *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 115: *at cf.* larua (*Housmann ibid.* XX *p.* 49).

Arueniet adueniet *Plac.* V 7, 34 = V 48, 29. *Cf. GR. L.* I 452, 29.

Aruigas (ariuges *cod.*) hostias (hostium *cod.*) V 441, 11. *Cf. Festus Pauli p.* 100, 6.

Aruina (*vel* arbina) *ὀξύγγιον* II 384, 47; 521, 25. *κρέως λίπος ἄνευ σαρκός* II 19, 8. *λίπος ἄνευ σαρκός* II 18, 56. axungia graece V 268, 11. axungia V 441, 21. pinguedo *Plac.* V 4, 1 = V 48, 30 (adeps aut pinguedo). pinguedo, axungia IV 484, 49; V 268, 24. axungia, adeps II 567, 31. adeps uel axungia IV 207, 41. pinguedo cuti ad⟨h⟩aerens (*Isid.* XI 1, 81), adeps uel axungia, uitalia, intra alia (intralia?) V 561, 40. pinguedo cuti ad⟨h⟩aerens V 169, 2. adeps aut pinguedo IV 20, 7. caro ferina IV 20, 45; V 169, 1. caro pinguis ferina IV 484, 48; V 267, 26. caro pinguis ferina uel mappa interius (interioris?) sanguinis V 169, 3. caro pinguis magis adipis plena IV 311, 14. **aruinae** pinguedines IV 21, 28. *Cf. Serv. in Aen.* VII 627; *Festus Pauli p.* 20, 19. *V.* cadula.

Aruinulis adipibus IV 310, 18; V 441, 22; 590, 48 (*cf. Levit.* 8, 16). *V.* adeps.

Aruipendium *σχοῖνος γεωμετρικός* II 19, 6; 23, 52. *Cf.* **arpendia** *πλέθρα* II 23, 24. *V.* iugerum.

Aruum *ἄρουρα* II 502, 43; 528, 57; 546, 56; III 261, 2. *χώρα* II 479, 41. *σπορίμη γῆ* II 263, 16; 436, 1; III 261, 1. *γῆ* II 263, 6. *γεωργία* II 23, 51. **aruo** terrae Vergilius (*Georg.* II 24): hic [i]stirpis obruit aruo V 169, 5. **arua** *ἄρουρα, γῆ, χώρα, πεδία* II 23, 50. *χθών* III 426, 66. *χωράφια* III 261, 8. terra IV 20, 15. terra quae aratur V 339, 36; 541, 10. terra uel herba(?), agri, seminibus apta IV 311, 13 + 11. terra, agri[s] et (agri sed *Warren*) seminibus apta IV 207, 39. propriis seminibus (proprie seminibus apta?) agri uel campi, rure (rura?) V 267, 21. agri, terra iurate (arata? iugera *H.*) V 440, 60. terras, agros IV 472, 5. terram (*de verb. interpr.*) V 416, 60. agros IV 430, 44. **aruas** agros, solum, terra IV 21, 29. *V.* simile aruum.

Aruus ager frumentarius IV 486, 34 (*Isid.* XV 13, 6).

Arx *ἀκρόπολις* II 23, 14; 224, 3; 507, 3; III 267, 30. *ἀκρωτήριον* II 224, 14. capitolium IV 406, 25; 473, 3. eminen-

tissimus locus IV 208, 12. locus in ciuitate munitus V 549, 36 (*Serv. in Aen.* III 134). summitas urbis uel montis IV 430, 19 (*Verg. Aen.* II 56). summa pars ciuitatis (cuius *codd.*) dicta, quo⟨d⟩ altitudine sua hostis prohibeat, id est capitolium V 441, 33. **arx** arcis V 343, 16. **arcem** cacumen, summitatem IV 476, 3. ciuitatem, cacumen, summitas IV 20, 28. cacumina, summitas *c post* IV 21, 6. summitatem V 267, 17. altitudinem ciuitatis (*de Euseb.*) V 430, 9. **arces** edita an excelsa loca IV 20, 10. aedificia, moenia IV 20, 21. summitas aedificii IV 21, 23 (artis). summa loca altissima IV 310, 27. aedificia summa uel palatia munita IV 207, 25. loca summa montium IV 207, 26. aedificia munita uel summum ciuitatis uel montium IV 310, 25. aedificia munita ab arcendis hostibus dicta IV 473, 24; V 267, 35. **arcibus** faestinnum (*AS., dat. plur.*) V 341, 52. *V.* arcae, in arce, arche.

Arzila sicca gipsa III 591, 14; 612, 33; 624, 54 (*scr.* argilla).

As ἀσσάριον II 248, 26; 492, 2; 507, 1; 514, 36; 542, 5. **as** unum, minutum (*vel* minutium) II 568, 33 (*cf. GL. N. praef.* XIII. assarius as unum diminutiue *Gundermann 'Phil. Anz.'* XV 522; *errat Loewe p.* 19. *nil mutandum*). αὐτάς (*h. e.* has), ἀργύριον, ἅπαξ καὶ ἄλλα (ἀλλά *H. de* ast *cogitans*) II 23, 54. **as assis** genus nummi V 343, 15. **assis** ὀβολός II 378, 50 (*cf. Frick Arch.* VI 566). **asse** ἀσσάριον, ὀβολόν II 23, 53 (*Frick l. s s.*). nummus (*de verb. interpr.* = *Hieron. in Matth.* 10, 29) V 416, 17. **assem** quod unum dicimus IV 208, 37; V 549, 28. **asse** ὁλοκλήρου II 23, 55. *Cf.* **asses scorteas** (scorteos? *cf. Suet. p.* 319, 5 *Reiff.*) lidrinae trimsas (*AS.*) V 339, 54

As longius (?as *ut* aspellit?) V 441, 35.

Asamo ὀποπάλσαμον (*cf.* carpobalsamum) II 385, 54.

A sanguine a genere IV 430, 45 (*Verg. Aen.* IV 230, *alibi*).

Asar *extat in hac gl.*: ὀπός hoc lasar, **asar** II 385, 55. *V.* lasar.

Asaron *v.* baca.

Asbeston lapis sine igne, sed accensus non extinguitur V 652, 4. Arcadiae lapis qui semel accensus non extinguitur IV 5, 4 (*Isid.* XVI 4, 4). lapis ferrei coloris III 506, 6.

Ascalaufe elufis (? *inter pisces.* ascalafae ἔλλοπες *Buech.*) III 89, 35. *V.* acceia.

Ascalonium (*vel* ascol. = caepa ascalonia) ynnilec (*AS.*) V 340, 31; *cf. AHD. GL.* III 222, 39; *Diez* I scalogno.

Ascella *v.* ascilla.

Ascellulae pinnae uel squamae V 169, 9.

Ascendo ἀνέρχομαι II 226, 10. ἐπαναβαίνω II 305, 40. **ascendit** scendit (sca- *corr. de*) IV 311, 23. **ascende** ἀνάβα III 439, 70. **ascendite** ἀνάβατε III 337, 34. *Cf.* **mox ascenderit** ὅς (ὡς? *cf.* sedes) ἀναβῇ III 411, 50.

Ascensio ἄνοδος II 228, 11. ἀνάβασις III 489, 72.

Ascensor ἀναβάτης II 553, 45. **ascensores** ἐπιβάται III 434, 33,

Ascensus ἀνάβασις II 24, 2; 487, 28; 509, 10; 537, 17; 549, 21; III 427, 24. ἄνοδος II 228, 11. **ascensum** ἀνάβασις III 353, 65.

Ascer *v.* assir.

Ascessu intellectui V 338, 15 (*scr.* αἰσθήσει) **arcessi** intellectui V 342, 31. ingenii(?) V 342, 45. **ascetron** intellectum V 342, 33.

Asceterium monasterium IV 22, 16.

Aschemon inhonestum, dedignatum V 441, 36. **aschemo** inhonestus IV 208, 29; V 549, 41. **ascenior** inhonestum V 339, 22.

Ascia σκέπαρνον II 23, 58; 433, 5; 496, 26; 521, 14; 545, 2; III 23, 33; 204, 23; 325, 55; 368, 59; 503, 74. ferramentum, aecsa (*vel* etsa: *ubi* aetsa *vel* aedsa *Kluge, AS.*) II 568, 22.

Asciamallia ascia et malleus simul II 568, 25 (**ascia** malleus *b*).

Asciatum ἀξινάρυξ III 204, 32.

Asciculus *v.* acisculus.

Ascilla μασχάλη III 248, 6 (ascella); 439, 71; 478, 11 (*v.* axilla *et Isid.* XI 1, 65). **arcella** locus sub brachia V 169, 8. **ascella** ocusta (*AS., cf. Wright-Wuelcker* 158, 28) V 340, 6.

Asciola *v.* acisculus.

Ascios exumbres *Scal.* V 591, 43.

Asciscenda (adsc.) adiungenda *Plac.* V 5, 20 = V 44, 38.

Ascisco (adsc.) προσλαμβάνω II 422, 13. **adsciscit** προσαιρεῖται II 9, 4. adiungit IV 11, 12; *acde post* IV 304, 34. **adsciscitis** quaeritis IV 10, 49 (adscitis). **adsciscunt** adsociant V 339, 45. adiungunt V 341, 46. adducunt IV 304, 10. adsociant, adnectunt, adiungunt IV 479, 8. adsociant, id est consentiunt V 261, 11. **adsciscere** adsumere V 261, 57; 344, 18. **adsciscet** euocauit, ἐκάλεσεν II 9, 5 (*Hor. Epi.* II 2, 119). **adsciuit** sociauit uel coniunxit *Plac.* V 44, 37. **adsciuit sibi** adiunxit sibi alienum quod non habuit *Plac.* V 3, 5 = V 44, 36. adiunxit, aduocauit IV 479, 6. sociauit uel coniuncxit IV 7, 35. sociauit, coniuncxit IV 305, 6.

adsciueri⟨t⟩ προσείληφεν II 9, 11. *Cf.* **adisit** praeposuit IV 304, 11.

Ascites (= ἀσκίτης) graece, latine aqua plenus IV 22, 21. *V.* hydropicus.

Ascito *v.* accito.

Ascitus προσκληθείς (adsc.) II 421, 50. adiunctus IV 21, 44. inuitatus (*Cassian. inst.* XII 21, 1) V 424, 38. **adscitum** adiunctum factum(?) IV 479, 7; V 262, 3. **ascitis** quaesitis IV 22, 2. aduocatis IV 428, 2 (*Verg. Aen.* XI 308). *V.* accitus.

Ascopa in similitudinem utri V 343, 6 (*cf. AHD. GL.* I 481, 3). **ascupa** cauea II 568, 24. ἀσκοπυτίνη **ascura** II 248, 3. **ascora** ἀσκοπυτίνη II 24, 3. **ascra** κάνθαρος II 517, 22. *Cf.* ἀσκοπήρα.

Ascribo (adscr.) προσγράφω II 420, 41.

Ascripticius (adscr.) ἐναπόγραφος II 297, 34 (*Festus Pauli p.* 14, 13).

Ascriptio (adscr.) διαγραφή II 270, 33.

Ascriptum (adscr.) adiunctum IV 8, 51; 479, 9.

A sedibus habitationibus V 268, 53 (*cf. Oros.* III 12, 32).

A sedibus imis ab alto, profundo IV 430, 46 (*Verg. Aen.* I 84).

Asellus ὀνίσκος II 24, 1; 24, 4; III 400, 64; 439, 72. ὀνίσκος ὁ ἰχθύς II 384, 15. ὀνίσκος (*scil. piscis*) III 16, 54; 89, 37; 187, 2; 256, 69; 355, 31; 355, 46; 396, 40; 436, 34. **asellum** ὀνάριον II 384, 3. **aselli** ὀνίσκοι (*pisces*) III 89, 2; 318, 35.

Aser cui lingua ligatur naturaliter II 568, 35 (*cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI 457, *cui obloquitur Loewe GL. N.* 19).

Asia tertia pars terrae IV 478, 41. **Assia** prouincia Troiae V 268, 59. **Asia** prouincia IV 478, 42.

Asiani Graeci IV 478, 43. **Assiani** Graeci V 268, 31.

Asida struthio *lib. gloss.* in caelo, id est stella uel aues *lib. gloss. Adde* asida miluus *Mai* VI 509. *Cf. De-Vit sub* hasida, assida, asida; *Diefenb. nov. gl.* 38 (*vox hebr.*).

Asignae κρέα μεριζόμενα II 24, 6 (*ubi* assiciae *d: at cf. Buecheler Arch.* I 103).

Asilus οἶστρος τὸ ζῶον II 24, 11. οἶστρος ὁ μύωψ II 381, 19 (asilo *cod.: cf. Serv. in Georg.* III 148). μύωψ II 374, 40 (asilo). furor, οἰστρομανία II 24, 10. οἶστρος III 258, 27. genus muscae II 568, 30. **asilum** tabanum IV 21, 52; 481, 17; V 169, 16; 541, 11. quem Graeci oestrum, rustici tabanum appellant V 169, 17. **asilo** oestrus et tabanus IV 311, 22. briosa (*AS.*) V 339, 12. asilo *nominativus in his nescio an ex Vergilii loco natus sit: etsi per se bonus est. V.* asylum.

Asina ἡ ὄνος III 432, 14. ὀνοθήλεια II 384, 16; III 399, 54. **asinae** ὀνάδες, ὀνοθήλειαι III 399, 56.

Asinaria herba *v.* herba asinaria.

Asinarius ὀνηλάτης II 24, 9; 384, 12; III 262, 4; 308, 60; 357, 72; 399, 57. asinorum pastor II 568, 28. **asinarium** ὀνηλάτη⟨ν⟩ III 200, 37.

A singulo ὑφ' ἑκάστου II 469, 7.

Asinina ὄνεια III 316, 61 (*de carne*). *Cf.* onargia (ὀνάγρεια?) id est **asinina** III 571, 38.

Asinina caro ὄνειον κρέας II 384, 7.

Asinum tantum tam grande⟨m⟩ iuuenem V 531, 20 (= *Ter. Eun.* 598).

Asinus ὄνος II 24, 5; 384, 26; III 18, 21; 90, 33; 189, 5; 258, 48; 320, 23; 361, 78; 399, 53; 432, 13; 501, 34. onager III 571, 28. **asini** ὄνοι III 399, 55.

Asinus siluaticus ὄναγρος III 320, 58. onager III 501, 35.

A siquo ἀπὸ εἴ τινος II 236, 46. **a siqua** ἀπὸ εἴ τινος θηλυκῶς II 236, 47. **a siquibus** ἀπὸ εἴ τινων II 236, 48.

Asisua petauro pernice *Plac.* V 7, 25 (*ubi* **asserculo** petauro, pertica. **fauissa** fouea *Ott Fleckeiseni Annal.* CXVII *p.* 418 *et mox* **fauissae** foueae. **foueae** deceptiones animarum). fouea (*vel* foueo) deceptionis animantium (animalium *b*) II 568, 23 (*ex hebraico ducit Roensch Mus. Rhen.* XXXI 457 *sic.*: abisua faueo deceptioni animae). **assua** πέταυρον II 496, 27 = 406, 30 (haec a). *Incerta omnia.*

Asmodes *v.* axedo.

Asoma accidens, id est dolor capitis V 549, 40 (scotoma? asthma *H.*).

Asomata[m] incorporea IV 482, 48.

Ason integritas (*de Cassiano*) V 417, 32; 426, 43 (*ubi* ἁγνόν *subesse videtur*; *cf. Cassian. inst.* VI 4, 1).

Asopa *v.* uenumdo.

Asopus filius (fluuius?) Thefanorum (*scr.* Thebanorum) V 268, 56.

Asotus luxuriosus IV 21, 53; 22, 14 (lux. magnus); 208, 36; 311, 25; 483, 11; V 169, 18; 268, 36; 343, 7; 346, 29. *Cf.* asotos pornos anestrofomenos III 178, 48.

Aspalathus id est lignum consimilis scotanus III 549, 18. genetilla III 549, 10. atipsatus III 552, 66 (ἀδίψητος?)

Aspaltum diaziron (= διάξυλον) III 560, 36. **aspaltrum** diaxilon III 560, 34. sfagnum id est **aspaltum** III 577, 5. sisioceptron (= ἐρυσίσκηπτρον) id est **aspaltrus** (*ita Gregor. Tur.*) III 577, 14. **asfaltum** spaldur (*vel* spaldo, *AS.*) V 340, 23. *Cf. Diosc.* I 19.

Aspargere uoces multa narrare IV 21, 48; 472, 6. *Cf. Verg. Aen.* II 98.

Asparagus ἀσπάραγος III 359, 55. ἕλειος, ἀσπάραγος III 317, 30. qui (*vel* quia) uirgas habet asperas IV 208, 35; V 268, 45 (*cf. Festus Pauli p.* 19, 11;

Varro de l. l. V 104). μυάκανθος (asparage) III 553, 7. **asparagum** ἕλειον III 16, 18 (*cf.* **sparagun** elion III 185, 50). **asparagi** ἀσπάραγοι III 88, 42; 400, 72. μυάκανθοι III 359, 56. *Cf.* esparagus cyprinus id est **sparagos** III 561, 22 *et* **sparagus siluaticu⟨s⟩** μυάκανθος III 540, 62. **isparagas** id est **sparagus** III 565, 72. isparagos nostros(!) id est **sparagus** III 565, 73. **sparagos** agantelos (*cf. Pseudapul.* LXXXIV) III 535, 12; 549, 22; 617, 30. μυάκανθος III 595, 20 (sparoga); 569, 51 (sparagus); 629, 12 (sparago); 548, 11 (sparago); 569, 74 (sperago). **sparigus** (*sine interpr.*) III 543, 11. libycum id est **sparagus** III 567, 69. *Cf.* κήπεια ἕλεια **escarii asfaragi** III 430, 19 (*David Comm. Ien.* V 233). *Cf.* allium.

Aspectans uidens IV 475, 29.

Aspectio (adsp.) θεωρία II 24, 13.

Aspecto θεωρῶ II 328, 15. ὁρῶ II 387, 44 **aspectat** (*vel* adsp.) aspicit IV 10, 24; 22, 9; 475, 28. **aspecta** contra aspice V 441, 38. **aspectare** uoluptuose intueri IV 208, 38; V 441, 39 (intuere); IV 311, 26 (intendere).

Aspectus πρόσοψις, ὁμιλία II 21, 53. ὄψις ἡ πρόσοψις II 391, 33. πρόσοψις II 422, 36; 487, 27; 537, 15 (*cf.* II 549, 19); III 174, 69; 247, 14. βλέμμα II 258, 7; III 511, 27; 310, 66. ὅρασις, βλέμμα, πρόσοψις III 328, 42. θέα II 509, 9. ἄποψις hic **aspectus**, conspectus, prospectus, suspectus ut Virgilius lib. VI (579): quantum(!) ad aetherius(!) caeli suspectus Olympum II 242, 50. *Cf.* filargia **aspectus** II *p.* XXXVII (*contam.*?). **aspectus** uultus, facies IV 311, 27.

Aspeleo bethlem sarculum(?) (*cf. Cass. inst.* IV 31: a spelaeo *etc.*) V 425, 30.

Aspellens expellens *Plac.* V 5, 3 = V 48, 33.

Aspellit ἀπωθεῖ II 24, 18. **apellit** ἀπολακτίζει, ἀπωθεῖται II 21, 44. *Cf.* **apellit** uetat, prohibet IV 207, 20 (appolit); V 267, 8.

Asper τραχύς II 24, 21; 458, 28; III 372, 64; 467, 34. ἀπότομος τῷ ἤθει II 241, 50. τραχύς, ἀπότομος III 335, 73. ταραχώδης II 451, 50. αὐστηρός inde austerus, id est durus, asper *marg.* II 554, 8. ἀφειδής, ὁ ὀργίλος II 252, 39. obscurus (durus?), aridus (arduus?) uel districtus IV 21, 49. durus IV 208, 31. lapidosus V 268, 42. tortus (toruus?), bellicosissimus IV 311, 28. **aspera** τραχεῖα II 458, 23; III 209, 46 (*cf.* III 427, 15). petrosa IV 473, 27 (*v.* asperata). iracunda, ferox IV 473, 28. hirta (erta) uel ferox *Plac.* V 48, 34. **asprum, asperum** τραχύ II 458, 27. **asprum** natura uel actu fit, **asperum** gustu probatur V 561, 52. **asperum** τραχύ III 79, 63; 322, 57. **asprum** ἔκλευκον II 291, 24. δηνάριον, τραχὺ ἢ ἔκλευκον II 269, 57. asperum II 568, 27. **asperrima** ferocissima V 268, 52. saeuissima, ferocissima, acerbissima IV 473, 29. **asperrimum** τραχύτατον II 458, 31. *V.* asper tactu.

Aspera hiems uiolenta tempestas IV 22, 3; 473, 30.

Asperata quasi petrosa V 492, 2. *V.* asper.

Aspera uox est rauca et quae dispergitur per minutos et indissimiles pulsus *a post* IV 6, 38.

Aspergine περικλύσματι II 24, 20. aspersio est V 632, 36. **aspargine** asparsione IV 22, 1 (= *Verg. Aen.* III 534). περιραντηρ⟨ίῳ⟩ II 404, 22.

Aspergo ῥαίνομαι, ῥαντίζω III 244, 57; 246, 39. **aspargo** reni (ῥαίνω?) III 79, 9. roro V 268, 47. **aspargis** (-es *c*) ῥαντιεῖς II 24, 17. **asparge** ῥᾶνον III 79, 10. **asperserit** προσκλύσῃ II 24, 16. *V.* aspargere uoces.

Asperitas ἀγριότης II 217, 21. ἀγριότης, ὠμότης II 560, 16 (*ex Boyseni supplemento*). τραχύτης II 458, 32. **asperitates** τραχύτητες II 24, 19.

Aspernanda neganda II 21, 54 (*Verg. Aen.* XI 106). contempnenda II 21, 51. reicienda IV 22, 7.

Aspernatus contemptus IV 5, 2 (absp.).

Aspernit contemnit, dispicit (de- *b*), recusat IV 473, 32. **absternit** abicit, repellit V 613, 1 (*nisi* absterret *subest*).

Asperno καταφρονῶ II 345, 2. ἐξουδενῶ II 304, 23. ἐκμυκτηρίζω II 291, 48. **aspernatur** ἀπαναίνεται, ἀπαρνεῖται II 21, 52. ἐξουθενίζει, ἀναξιοπαθεῖ II 21, 43. contempnit V 259, 35 (absp.); 161, 18 (absp.). contemnit, despicit IV 22, 13; 208, 32 (disp.); 311, 29 (depegit. *ubi* uel dedignat *ac add.*). despicit, detestatur, contempnit IV 21, 45. detestatur, dedignatur IV 473, 31. fastidit, contempnit V 268, 48. *Cf. GR. L.* II 383, 3.

Aspero τραχύνω II 458, 30.

Asperrima ⟨belli⟩ bellicosissima IV 430, 47 (*Verg. Aen.* I 14). *Cf.* bellicosus.

Aspersum respersum IV 311, 30.

Aspersus εἶδος ἰχθύος καταστίκτου II 24, 8 (*Iuvenal.* V 104: *cf. ed. Friedlaenderi p.* 107).

Asper tactu ἄγριος τῇ ἀφῇ II 217, 20 (*Hor. carm.* III 2, 10?).

Asphalaga (asfalaga *cod.* = ἀσπάλαξ) est talpa V 616, 8; *gloss. Sal.* *V.* talpa.

Asphaltus *v.* bitumen.

Asphodelos (*cf. Pseudapul. c.* XXXIII) *in his latet glossis:* arapdion **asfodilIum**

III 550, 23. fifiloy id est **asfodillum** III 563, 17. poliarcis id est **afodillos** III 573, 38. *Cf.* ἀσφόδελος ἡ βοτάνη II 249, 24. *V.* albucium.

Aspicatus (-ig- *cod.*) V 268, 44.

Aspiciabilis ad uidendum facilis II 568, 37 (aspectab. *Loewe. cf.* inaspicabilis).

Aspicialis ὁρατός II 386, 17.

Aspicio βλέπω II 258, 9. θεωρῶ II 328, 15. καθορῶ II 335, 35. ὁρῶ II 387, 44. θεῶμαι II 328, 11 (aspico). ἀποβλέπω II 235, 53. **aspicit** ὁρᾷ II 24, 14. **aspice** θεώρησον, ἰδοῦ, θέασαι II 24, 15. conspice IV 430, 48. **aspicere** intuere, uidere IV 480, 22. **aspicitur** θεωρεῖται II 24, 12.

Aspidiscos astutia (scutula?), uncinos V 268, 60. **aspe[re]discus** uncinus IV 476, 39. *Cf.* uncinus *et Eucher. Instr. p.* 149, 9; *Augustin. quaest. in Exod.* II 115.

Aspiralis (?) est masculus aquilarum V 615, 22 (Sanqualis *H.*).

Aspiramentum πνοή, αὖρα III 426, 38. *Cf. Funck Arch.* VIII 371.

Aspiratio (*vel* adsp.) δασεῖα II 266, 38; III 491, 64; 514, 3. δασύτης II 266, 44. πρόσπνευσις II 422, 49. *Cf.* **cum aspiratione** μετὰ προσπνεύσεως III 381, 38.

Aspiro (adsp.) προσπνέω II 422, 50. **adspirat** προσπνεῖ, βοηθήσει[ν] II 9, 15. fauet IV 10, 54; V 261, 53. afflat IV 208, 39. fauet, adsentit V 549, 38 fauet, adflarat (*scr.* afflat) IV 428, 6 (*Verg. Aen.* II 5-5; V 607). *Cf. Serv. in Aen.* II 385; IX 523.

Aspis ἀσπὶς ὁ ὄφις II 248, 18 ἀσπίς III 19, 11; 91, 4; 190, 4; 259, 66; 305, 19; 376, 29.

Aspita ruina (ueruina *Arevalus*) IV 21, 47; 481, 16; V 169, 20; 590, 12 (secespita *Pithoeus.* lapsina *H.*).

Asplenum *in his ut vid. latet glossis:* **espalnu** petrata III 545, 57. **spalagnia** petra III 595, 39. **spalagnio** id est petra III 629, 37. **spalaxino** id est petra III 586, 7. *Cf. Diosc.* III 141 (ἄσπληνον — φύεται ἐν πέτραις); *Plin.* XXVII 34; *Isid.* XVII 9, 87.

Aspolita una ex numero Amazonarum IV 406, 27 (*i. e.* Hippolyta).

Asporto (absp. *codd.*) ἀποκομίζω II 237, 48. clam porto V 549, 39. **absportat** abest, absens est (*contam.*) V 541, 1. **ansportat** adducit (= abd.) V 265, 55. auehit, abducit V 345, 37. **asportat** longius portat IV 406, 28. abducit, auehit, aufert, abstrahit IV 482, 41. **asportauit** ἐξεφορτίσατο II 22, 2. **adportauit** ἐξεφορτίσατο II 8, 46. **asportari** abduci, auferri V 268, 61.

Aspratura κόλλυβον II 22, 1 (*v.* asper).

Aspritudo ἀσπρότης II 248, 25. τράχωμα, ὅτε ἀγριώθῃ τὸ βλέφαρον τοῦ ὀφθαλμοῦ (aspret.) II 458, 33. **aspritudo** siccitas (*qui vertit de* aritudo *cogitavit*) II 568, 32.

Assa cella ἀφιδρωτήριον III 353, 79.

Assae nutrices dictae, quod assunt infantibus V 649, 23 (= *Non.* 57, 8).

Assaracus uir Troianus IV 406, 31 (*Verg. Aen.* VI 650).

Assares *v.* asser.

Assarium ἀσσάριον, μονομάχιον (?), δοκάριον, νουμμίον II 24, 7. nummum assis: Latini quasi figuram denarii (denarium *G*) dicunt *Plac.* V 6, 37 = V 48, 31. *Cf. GR. L.* I *p.* 76, 3; *Roensch 'Beitr.'* I 10.

Assator ὀπτανεύς II 22, 7. ὀπτανάριος II 385, 69. frixor II 568, 34.

Assatoria *v.* culina.

Assatum ὠπτημένον III 165, 58. ὀπτηθέν II 22, 3. sine aqua coctum III 597, 39.

Assatura ὀπτόν II 521, 26. *Cf.* **assurae** par opta III 399, 52 (assaturae πάροπτα?).

Assa uoce sola uoce V 638, 36 (= *Non.* 77, 1).

Assecla (ads.) *v.* assecula.

Assectatio (ads.) ἐπακολούθησις II 305, 24.

Assectator (ads.) sequister II 564, 36 (*cf. Loewe Prodr.* 291) **adsectatores** ἐριθισταὶ μαθητῶν II 9, 28. imitatores IV 7, 36. **adrectores** imitatores IV 9, 27 (*ubi* adsectatores *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 114).

Assectatus (ads.) ἐπιδιώξας II 9, 22.

Assectio (ads.) τομὴ σώματος II 457, 6.

Assecto (ads.) ἐργομωκεύω II 313, 63. θωπεύω II 330, 13. **adsector** ἐπακολουθῶ II 305, 23.

Assecula (*vel* ads.) παράσιτος II 9, 3; 396, 17. cliens V 339, 17. cliens uel susceptus IV 11, 21; V 163, 20; 169, 11. domesticus familiae IV 305, 8. domesticus IV 474, 36; V 163, 19; 261, 26; IV 7, 32 (adycla *vel* adsecula). agaso IV 404, 40; V 590, 70. buccellarius IV 474, 38; V 268, 63; 441, 40; 591, 44; 626, 25. buccellarius homo V 590, 10. **assecla** (*vel* adecla) domesticus IV 9, 26. domesticus familiae (-aris *Hildebr.*), agaso V 591, 27. **asseculam** (*vel* ads.) turpitudinis minister V 344, 4. degn (*vel* thegn, *AS.*) V 341, 33. **asseculae** (*vel* ads.) pedisequi uel lenones IV 10, 38; 7, 33 (adycle *vel* adsecule); 474, 37; V 163, 22; 344, 5; 261, 35 (*om.* lenones). domestici, pedisequi (*vel* pedissequi) uel lenones IV 305, 9; V 591, 28. subiecti

V 163, 21; 169, 12. parasiti qui secuntur aliquem V 169, 13. qui causa esse (*vel* escae) quempiam consectantur V 163, 23. qui sectari aliquem solent cibi gratia V 163, 24. **asseculis** pedisequis, cursoribus V 268, 66. **adseclas** sequipedas *Mai* VI 504. *V.* derideo adseculam.

Asseda (*vel* ads.) sella quadriiugis IV 476, 44; V 589, 9. *Cf.* assidelae *apud Festum Pauli p.* 19, 12.

Assensio (ads.) *συγκατάθεσις* II 440, 9. *συναίνεσις* II 443, 45.

Assensus (ads.) *συγκατάθεσις* II 440, 9. *συναίνεσις* II 443, 45. *συμφωνία* II 443, 23.

Assent[i]andi adulandi, blandiendi V 530, 44 (= *Ter. Ad.* 270).

Assentaneum consentiens V 589, 31 (*cf. Mai* VI 509).

Assentatores (ads.) *ἐργόμωκοι* II 9, 45.

Assentiae (ads.) adsentationes, id est consensio, ut siquis tibi de aliqua re dicat et tu illi adsentias, ipsae res adsentiae nuncupantur *Plac.* V 4, 14 = V 44, 39 *et* 36ᵇ (*ubi* consensiones *Deuerling ex cod. Bamberg.*).

Assentio (ads.) *συγκατατίθημι* II 9, 8. *ἐργομωκῶ, συγκατατίθεμαι* II 9, 44. *συναινῶ* II 443, 47. faueo IV 305, 10. **adsentit** *συγκατατίθεται* II 9, 33. **adsentire** *συγκατανεύειν* III 48, 34. **adsensi** consensi IV 9, 19. **adsensere** consenserunt IV 10, 50.

Assentitor (ads.) blanditor IV 305, 12 (*ubi* adsencior *cod. Leid.*).

Assentor *κολακεύω* II 352, 7. **adsentatur** adulatur IV 8, 34; 477, 5(?). adulatur, blanditur V 261, 38; 344, 13. **adsentari** adulari uel consentire IV 9, 24.

Assequeris *τυγχάνεις* II 9, 23. **adsequitur** consequitur IV 305, 15. **adsequi** *ἐπιτυχεῖν* II 9, 12.

Asser *λεπτὴ δοκός* II 359, 37. *σανίς* III 268, 56. pons ligneus inter domus II 568, 36. lignum in tecto V 492, 7. asserculum V 268, 46. **assere** tigillo uel fune V 562, 2; 441, 41 (fuse *cod.*). **asseres** *στρωτῆρες* III 190, 37; 268, 57. *δοκοί* III 312, 42. *κοντοί, δοκοί, στρωτῆρες* II 22, 8. *δοκίδες, ὡς Ἰουβενάλιος αχαν* (*ἀρχαίως? ἄξων Buech.*) II 21, 42 (*cf. Iuvenal.* III 245; VII 132; *ed. Friedlaender p.* 106). *Cf. στρωτῆρες* **artes** (*scr.* asseres), substraturae III 91, 36 (*cf. Funck Arch.* VIII 387, *qui de* substratorium *cogitat*). **asseres** quod assideant parietibus trabibusue V 492, 3 (*Festus Pauli p.* 16, 11). pali uel paxilli ab asse dicti qui soli in tecto et non coniuncti ponuntur V 652, 31 (*Iuvenal. l. s. s.*). pali uel paxilli V 169, 15. **assares** *στρωτῆρες* II 439, 21; III 19, 43 (*cf. Keller 'Gr. Aufs.' p.* 245). **assares** latinum est V 169, 6. lattas V 169, 7 (*cf. Diez* I latta).

Asser (ascer *codd.*) sanguis, cruor V 441, 37; 492, 5. **assaer** *αἷμα* II 23, 56. *Cf. Festus Pauli p.* 16, 12 (assyr). aser *Lindsay p.* 261.

Asserculus *στρωτήρ, ἡ λεπτὴ δοκός* II 439, 20. strata, uia publica II 568, 31 (*vertit στρωτή, non στρωτήρ*). **assercli** *στρωτῆρες* III 365, 16. *Cf. Ott Fleckeiseni Ann.* CXVII *p.* 419.

Asserens (ads.) disputans, adfirmans IV 203, 23; 305, 17 (dicens *add.*). **adserente** *λέγοντος* II 9, 7.

Asserit (ads.) *κατέχει, σαφηνίζει* II 22, 9. dicit uel adfirmat IV 7, 44; 477, 13; V 261, 33. confirmat uel dicit IV 305, 18. **adseror** *καρπίζομαι ἐπὶ ἐλευθερίᾳ* II 339, 4. **adseritur** *λέγεται* II 9, 6.

Assertio (ads.) *καρπιστία* II 9, 10; 339, 7. *καρπισμός* II 339, 5. *δικαιολογία* II 277, 19. disputatio IV 203, 24. collectio II 564, 27 (*cf.* assertor). **adsertionum** confirmationum V 436, 38.

Assertor (ads.) *καρπιστής* II 9, 9; 339, 6. carpens fructus (adsertus) II 564, 24 (*male vertit καρπιστής*). collector (*cf.* carpens fructus) II 564, 35 (*cf. Loewe GL. N. p.* 5, *praef.* XIII). *ἔκδικος ἐλευθερίας* II 289, 32. *εὐεργέτης* III 372, 50; 438, 23; 475, 9. confirmator IV 11, 1; 203 25; 305, 20; 477, 14. firmator V 341, 56. defensor V 261, 56. defensor; confirmator IV 404, 45.

Asseruio (ads.) *προσδουλεύω* II 420, 51.

Asseruo (ads.) *φυλάττω* II 473, 53.

Assessor (ads.) *συγκάθεδρος* II 9, 34; 440, 3; III 182, 60; 276, 17. *σύνεδρος* II 444, 60. *σύνθρονος* II 446, 38. *πάρεδρος* II 397, 32; 561, 47. *σύνεδρος, σύμπονος* II 22, 14. **assessores** (*vel* -ore) *συγκάθεδροι* III 28, 23. *Cf.* **assessore** fultemendum (*AS., dat. sing. vel potius plur.*) V 341, 25.

Assestrix (adsestria *cod.*) generis feminini V 638, 4 (= *Non.* 73, 29).

Asseuero (ads.) *διαβεβαιοῦμαι* II 270, 13. *διαμένω* II 272, 46. **adseuerat** adfirmat IV 203, 26; 404, 41. **adseuerabat** adfirmabat IV 477, 12. **adseueratur** adnuntiatur (*Euseb. eccl. hist.* IX 3?) V 422, 14 = 431, 8.

Assideo (ads.) *συγκαθέζομαι* II 440, 4. *παρακάθημαι* II 394, 52; III 156, 42.

Assiduanter *v.* cottidianitas (*Loewe GL. N.* 164).

Assidue (ads.) *συνεχῶς* II 9, 13; 445, 58. *συχνῶς* II 449, 6. *πυκνῶς* II 426, 6. *διηνεκῶς* II 277, 3. *ἐνδελεχείᾳ, ὡς πλει-*

σπάκις II 9, 25. ἑκάστοτε II 288, 40. plerumque, frequenter IV 305, 13. *Cf.* **adsiduae** multitudo (?) IV 11, 3; **at si de** μὰ τὸν (!) κεφαλήν σου: ita enim Graeci iurant (*ubi* adsidue *W. Heraeus Arch.* IX 594) V 652, 32 (*cf. schol. Iuvenal.* VI 16).

Assiduitas (ads.) continuatio IV 305, 14.

Assiduus (ads.) συνεχής II 445, 51; III 372, 51. συνήθης III 177, 25; 249, 67. ἐπίμονος III 331, 48; 519, 36. παράμονος III 332, 35. dicebatur apud antiquos qui assibus adaeratibus expensum (*scr.* ad aerarii expensam) conferendis et in negotiis puplicis frequens erat V 561, 53 (*cf. GR. L.* I 75, 8; *Isid.* X 17). **adsidua** πυκνή II 426, 3. **assiduos** capite censos, qui nihil praeter prolem dare poterant (nihil dare poterant prolem *R*: *ubi* nisi prolem c^2 b^2), unde et proletarii dicti sunt et assidui milites ab (et ab *R*) assiduitate officii *Plac.* V 7, 7 = V 45, 1. *Cf. Festus Pauli p.* 9, 9 *et* 226, 13.

Assignatio (ads.) ἀπονέμησις II 239, 19.

Assignato (ads.) tradito uel deputato (*reg. Bened.* 42, 15) V 412, 42.

Assigno (ads.) ἀπονέμω II 239, 17. ἐπισφραγίζω II 311, 29. παρασημειοῦμαι II 396, 15. παρατίθημί τι φυλαχθησόμενον II 396, 46. προσκυρῶ II 422, 12. **adsignat** προσαγγέλλει II 9, 31. restituit IV 305, 19; 479, 46. restituit uel probat (praebet?) IV 9, 39.

Assimilatio (ads.) ἀφομοίωσις II 9, 14.

Assimilatus (ads.) similis IV 481, 18.

Assimilis (ads.) παρόμοιος II 399, 8. παραπλήσιος II 396, 1. ἐοικυῖα II 304, 57.

Assimilo παρομοιάζω III 155, 52. ἀπεικάζω II 233, 53. **adsimulo** προσποιοῦμαι II 422, 52.

Assisto (ads.) παρίσταμαι II 398, 42; III 154, 10. ἀποσυνιστῶ II 241, 11. συνιστῶ II 446, 45. συνίσταμαι II 446, 48. συνέστηκα II 445, 33. **adsistit** παρίσταται II 563, 2. παρέστη II 562, 30 (adstitit?). ibi stetit IV 404, 42. **adstiti** παρέστηκα II 398, 16.

Asso ὀπτῶ III 399, 43. **assas** ὀπτᾷς III 399, 44. **assat** ὀπτᾷ II 22, 5; III 399, 45. **assamus** ὀπτῶμεν III 399, 47. **assa** ὄπτησον II 22, 6; 386, 2; III 399, 42. **assaui** ὤπτησα III 165, 57; 399, 49. **assasti** ὤπτησες III 399, 48. **assauimus** ὠπτήσαμεν III 399, 51. **assauerunt** ὤπτησαν III 399, 50.

Associo (ads.) προσοικειοῦμαι II 422, 24. *Cf.* **adsuscitare** requirere, consociare V 437, 31 (*contam.*).

Assolet (ads.) solite, consueuit IV 305, 21. **adsolen⟨t⟩** εἰώθασιν II 288, 21. *Cf.* assolite.

Assolite (ads.) consuete, solite V 437, 30.

Assolitum (ads.) *v.* allositum.

Assua *v.* asisua.

Assuarius (assarius *b*) qui assat II 568, 29.

Assubicio (ads.) προσυποβάλλω II 423, 18.

Assuefacio (ads.) προσεθίζω II 420, 55. συνεθίζω II 445, 1. **adsefacit** adsueuit IV 305, 11.

Assuefactus (ads.) ἠθισμένος II 9, 24 (εθισμ.); 323, 50.

Assuefio (ads.) ἐθίζομαι II 284, 51.

Assuesco (ads.) προσεθίζω II 420, 55. συνεθίζω II 445, 1. ἐθίζω II 284, 52. **adsueuit** εἴθισεν II 9, 30. . ads⟨u⟩efecit, consueuit IV 305, 25.

Assuetudine (ads.) consuetudine IV 8, 26; V 163, 26; 632, 9.

Assuetus (ads.) ἠθισμένος II 323, 50. συνήθης II 446, 14. consuetus IV 8, 27.

Assuetus (ads.) προσεθισμός II 420, 56.

Assuit consuit, annexuit V 492, 6. **adsuissent** (*ita c, Loewe Prodr. p.* 149. adsuessent *vel* adsuiscent *codd.* adseruissent *et* adsuessent *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX *p.* 114) adnexuissent, consuissent IV 9, 47; 485, 27; V 163, 27.

Assula πελέκημα II 521, 34. *V.* hastula.

Assulatim ⟨minutatim⟩ V 637, 27 (*Non.* 72, 23).

Assulentes (adsulentes *R*. adsolentes *G*) adsilientes *Plac.* V 5, 5 = V 45, 2 (*ubi* adsultantes *Deuerling*, adsulientes *Loewe GL. N.* 91).

Assultibus (adsalt. *codd.*) saltibus IV 428, 5 (*Verg. Aen.* V 442). *Cf.* **adstultibus** transitus a saliendo V 261, 52. **adsultibus** [adsumere] saltibus IV 10, 30 (adsumere *novum lemma est: cf. Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 114); V 163, 28. **adsultum** subsidium IV 404, 44.

Assum (ads.) πάρειμι II 397, 34; 398, 38; 561, 51; III 156, 18; 339, 71; 439, 1. praesens sum IV 305, 26. **ades** (adis *cod.*) παρεισιν (πάρει *e*) II 7, 1. **adest** πάρεστιν II 9, 26 (*cf.* II 6, 44); III 156, 19. praesto est IV 8, 46 (post); 9, 34, 203, 17; 476, 24. **adsumus** aduenimus IV 404, 46. **adsis** placidus sis, propitius sis IV 9, 54; 481, 8. **adsit** παρέστω II 562, 32. praesto sit [iamque etiam (?)] V 261, 50. **ades** πάρεσο II 398, 17. ueni V 530, 15 (= *Ter. Andr.* 344). **adesto** succurre IV 10, 19. auxiliare IV 203, 18. **adeste** adestote, subuenite, succurrite IV 8, 20. **adestote** succurrite IV 482, 52. **adesse** παρεῖναι II 6, 49; 397, 35; 562, 1. προσεῖναι II 420, 58. παρεῖναι, ὑπάρχειν II 6, 42. συνηγορεῖν II 7, 3. **adforet** adesset V 261, 37

(*Verg. Aen.* II 522). adesset uel uideret IV 10, 48. adesset appare⟨re⟩t V 436, 50. adfuisset IV 483, 31. **adero** praesens ero IV 10, 9; 404, 28; 476, 23. auxiliabor uel occurram IV 203, 20. **aderit** ueniet, subueniet uel ueniet ei IV 9, 35. adueniet, subueniet IV 476, 25. **adfore** adesse IV 10, 13; 483, 32. **adfuit** παρῆν II 398, 28. praesens fuit IV 11, 2.

Assumentum additamentum siue pars assuenda *gloss. Salom. Cf. Loewe Prodr. p.* 150, *Diefenbach gloss.* 56.

Assumo (ads.) προσλαμβάνω II 422, 13. παραλαμβάνω III 156, 40. παραλαμβάνω ἐπὶ τοῦ προσλαμβάνω II 395, 26. **assumit** (*vel* ads.) ἀναδέχεται, δαπανᾷ II 9, 27; 555, 17 (abs.?). **assume** παράλαβε III 156, 41. *Cf.* assultibus.

Assumpta (ads.) consumpta, finita IV 9, 7; 22, 8; 485, 26. *Cf.* absumo.

Assumptio susceptio V 441, 42.

Assumptor (= abs.) *v.* gulosus.

Assurgens (ads.) saeuiens IV 428, 8 (*Verg. Aen.* I 535; X 208).

Assurgo (ads.) ἐπεγείρομαι II 306, 23.

Assus ὀπτός II 386, 4. **assum** ὀπτόν II 22, 4; 386, 3; III 14, 39; 87, 30; 183, 56; 255, 12; 314, 36; 399, 46; ἑφθόν III 398, 12. **assa** ὀπτά III 439, 73. *Cf.* carnem assam.

Assuscito (ads.) *v.* associo.

Assyr *v.* asser.

Assyrium opprimens uel tribulans V 268, 33 (assirium); IV 479, 1 (assirus).

Ast δέ II 266, 55. δή II 269, 5. ἐὰν δέ II 22, 10. uerum IV 21, 54; 311, 31. statim IV 471, 10. statim aut uerum V 268, 34. post V 541, 5.

Astans (adst.) inante stans IV 11, 11. **adstante** ἐπιπαρόντος II 9, 29.

lentus, inquinatus IV 600, 10. truculentus, inquinatus, contaminatus IV 590, 32. **barbar** ferox, atrox, inmitis IV 431, 36 (*Verg. Ecl.* I 71); 590, 28; V 543, 14. **barbari** feroces, inmites, atroces V 410, 17 (*cf. can. conc. Nic. 1*; *Afric.* 72). **barbara** inuerecunda *lib. gloss. V.* ferox. *De* barbar *cf. GR. L.* IV 102, 8; 197, 30; *W. Heraeus Arch.* XI 62.

Barba sterili (*vel* stereli) duribuccius IV 406, 48; 590, 33; V 170, 25; 591, 67; 593, 12. *Cf. Loewe Prodr.* 18. 61. *De* duribuccius *cf.* atribux *et* oridurius. *V.* sterillum.

Barbatoria πωγωνοκουρία II 28, 41; 426, 55; III 171, 66; 239, 48; 294, 69; 351, 40.

Barbatus *v.* bardatus.

Barbatus γενειήτης II 28, 19; 262, 18. πωγωνιαῖος II 426, 54. πωγωνίας III 86, 70. πωγωνιάτης III 13, 58. πωγωνιώτης (πωγωνιάτης?) III 329, 59. πωγωνικός III 180, 28; 252, 43. operarius, intimidus V 592, 24 (*cf. Loewe Prodr.* 62 *sq., Cic. pro Cael.* 33, 14: *adde* barbasculus *Gell.* XV 5, 3. *de contam. cog. H. v.* baro). **barbati** legitimi(?) V 492, 36.

Barbesco γενειάζω II 262, 17. **barbisco** γενήζω (?) V 442, 33. gemesco (= γενειάσκω?) V 562, 55. *V.* pubesco.

Barbio *cf.* bardala.

Barbiton genus organi uel citharae IV 600, 13. **barbitum** εἶδος ὀργάνου II 28, 29. genus organi V 270, 40. **barbitus** lyra maior, sonus ut organum (quae sonum organi emittit *ab*) IV 210, 34. **barriton** genus organi IV 210, 40. organus uel uox elefanti (*contam. cf.* barritus) V 492, 33. **bariton** g. o. IV 487, 38. **barritos** g. o. V 270, 50. **barridon** g. o. IV 600, 18. **baritoon** g. o. IV 590, 46. **barto** g. o. V 592, 27. **barbita** genus musicum V 652, 40 (*non apud Iuvenalem*).

Barbo *v.* baro.

Barbulus φάγρος ἰχθύς II 28, 21.

Barbustinus *v.* barbarostomus.

Barca σκάφος II 521, 44. nauis V 347, 27; 401, 13. σκάφη **barca** (uaraca *vel* barca *codd.*) III 205, 18. *Cf. Isid.* XIX 1, 19. *Adde* III 434, 4: σφαφημ. αρκα stata longa barcarum, *ubi* σκάφη μακρά *David Comm. Ien.* V 221. *interpretamentum* stlata, longa barca ⟨pirat⟩arum *scribendum videtur. V.* lembus.

Barcaei genus (gens? *ita Papias*) Africae IV 431, 40 (= *Verg. Aen.* IV 43). barbari, genus Africae IV 590, 41. **Barciae** barbari IV 487, 47; 590, 39; V 592, 30. genus africana uel barbari IV 600, 14. **Balcei** genus africani V 270, 49. **Biarces** gens africanorum IV 586, 16. africanorum IV 489, 4. *Cf. Loewe Prodr.* 63. *V.* Berce.

Barcocabas stella (*ita c:* stellec *ceteri*) hebraeum est IV 24, 39. *Cf. Hieron. Apolog.* III 31, *Euseb. eccl. hist.* IV 6.

Barcus *v.* bargus.

Bardala κορυδαλλὸς ὄρνεον II 28, 25. κορυδαλλός sulpicia, **bardalla** II 353, 49. **bardala** κορυδαλός III 361, 20. **bardea** κορυδαλλός III 361, 14. σκορίδαμος **barbio** III 485, 67 (*ubi* κορυδαλλός bardea *David Comm. Ien.* V *p.* 237). *Cf.* κορυδαλλός **bubo** *et* δρυοκόλαψ **bardala** (III 90, 9 *et* 10), *ubi* κορυδαλλός *ad* bardala *pertinere videtur. V.* uatuita.

Bardaei Ἰλλυριοὶ δοῦλοι οἱ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίννου καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι καὶ ἐκ τούτου τυραννῆσαι κατὰ τῶν δεσποτῶν (*deest aliquid*)· τούτους Σερτώριος δόλῳ περικυκλεύσας ἀναιρεῖ II 28, 27. **Bardes** (*h. e.* Bardaeus) δορύκτητος, Ἰλλυριὸς δοῦλος II 28, 30. *Cf. Cic. Ep.* V 9, 2, *ubi* Vardaei *forma est; Plin. N. H.* III 143.

Bardana *v.* alabardane.

Bardatus νάννος τὸ σκεῦος II 28, 22 (barbatus *Scaliger coll. Fest. p.* 177: nanum Graeci uas aquarium dicunt humile et concauum quod uulgo uocant situlum barbatum *e. q. s.*).

Bardia *v.* equa.

Bardit ἔλαφος κράζει (*cf.* rugio) II 294, 31.

Barduni *v.* bardus.

Bardus carminum conditor IV 487, 37; 600, 15; V 270, 43. *V.* bardus *adiectivum.*

Bardus ἀναίσθητος, β⟨ρ⟩αδύς, ἄφρων II 28, 24 (*cf. GR. L.* VII 175, 4). ἀφυής III 250, 3; 177, 31 (braduus). stultus II 569, 26; IV 210, 23 (longobardus *interpr. a b*); V 401, 42. stultus, ineptus IV 24, 12 (badrus); 24, 25; V 348, 32; 562, 37 (barolus). hebis, stultus, ineptus IV 487, 36; V 270, 37. tardus sensu V 562, 38. tardus sensu[s], stultus V 492, 35. stolidus, stultus, fatuus uel pinguis (*cf.* bassus) IV 600, 17 (barridus). hebes, stultus, ineptus, brutus, inrationabilis uel carminum conditor IV 590, 42 (*cf.* bardus *substantivum*). **bardum** hebetem, stolidum, †bretendum (*om. cod. Paris.*: *ubi* bracteolam *pro novo lemmate habens Loewe,* brutum *Deuerling: v.* brunda *sub* brutus; retunsum *W. Heraeus Arch.* VI 275) *Plac.* V 8, 21 = V 49, 24. ingenio tardum V 649, 27 (= *Non.* 10, 3). **barbum** proprie est ingenio tardus V 562, 50 = V 442, 41. *Hinc emenda* **barduni** neptuniani IV

210, 36 (bardum ineptum, uanum). *Cf. Loewe GL. N.* 154; *Fest. Pauli p.* 34, 9. *V.* barridus, blax.

Bargilla *v.* mantica.

Bargines *v.* baro.

Barginus peregrinus V 492, 34. alieni generis, peregrinus V 562, 28. **bargina** προσφώνησις βαρβαρική (βαβραρικη *cod.*) II 423, 37 (*cf. GR. L.* VII 175, 5). **barginna** νεκροφόρος, βάρβαρος, προ⟨σ⟩φώνησις βαρβάρου II 28, 23. **bargina** barbara V 652, 41 (*deest apud Iuvenal.*). **barginae** peregrinae IV 210, 25; 487, 44; 585, 17; 600, 16; V 563, 54. **barrigenae** peregrinae IV 590, 43; V 591, 68. *Adde* **barginae** alienigenae, peregrinae *Mai* VI 510. **bargina** *ut* alienigena; peregrinae *et* barginus *inde explicandae. Cf. GR. L.* VII 103, 8, *Loewe Prodr. p.* 65, *Nettleship 'Contr.' p.* 393; *Roensch Coll. phil. p.* 201. barbarigenae?

Bargus tardus, sine lingua IV 210, 39; 585, 19 (barcus). ἀφυής **bargus** sine ingenio II 254, 6. **bargus** ingenio carens (*contaminatum cum* bardus *in b*) II 569, 25. myrte (*vel* myste: *unde* μύστης *b in margine: cf. Hesych.* μύστης τελούμενος, σιωπηλός ...) II 509, 23 (parrus μύστης *H. coll.* II 374, 32). **barcus** stultus, sine lingua *cod. Casin.* 439[b]. *Cf.* bardus *et Buecheler Mus. Rhen.* XXXV *p.* 70.

Baria (barria) regula, norma, rubrica V 592, 43 (*cf. Osb. p.* 71; *Loewe Prodr. p.* 64). **braria** grauis IV 602, 10. *Cf. Isid.* I 19, 2.

Barinulae *v.* harenulcaes.

Bariona filius columbae IV 210, 46; 590, 44 (= *Eucher. instr. p.* 143, 21).

Barisa εἶδος ποτηρίου II 28, 26 (baris *H.*).

Bariulus reagufinc (*AS.*) V 402, 16 (*cf.* barrulus *Wright-Wuelcker p.* 357, 38).

Barnabas filius prophetae uel filius uenientis aut ut plerique putant filius (filios *cod.*) consolationis IV 585, 22. *Cf. Isid.* VII 9, 24; *Onom. sacr. p.* 67, 23.

Baro ἀνήρ (απηρ *cod.*) II 27, 54. mercennarius (*ita b:* baramer cemiarius *libri vetustiores: cf. Stowasser Arch.* II 319) II 569, 29. μισθωτός (μισωος *cod.*) III 478, 46. fortis, mercennarius *schol. Att. Polypt.* 55, *Pers.* V 138; *Isid.* IX 4, 31. **baruo** barunculus IV 313, 17; 590, 38 (barbo); V 593, 6. (*cf.* **uarunculus** uarro (uaruo *a*) IV 399, 43). **barbo** βάκηλος II 28, 20 (*cf.* bacerus). **barones** (bargines *codd.*) fortes in bello V 592, 13 (barginae?). *Cf. Loewe Prodr.* 65, *Woelfflin Arch.* IX 13 *sq.*, 466, *V.* bacerus, barosus, barunculus.

Barosus σοβαρός III 178, 52; 251, 9; 372, 73; 440, 18; 475, 12. βάκηλος III 440, 17 (*cf.* III 477, 29). βάναυσος (βαναισος) III 334, 11; 510, 77. *Cf. Funck Arch.* VIII 371. *V.* baro.

Barrans (barriens? barrus?) elefans V 270, 30.

Barridus eleuatus, superbus V 520, 19; 562, 27 (eleuanis): *quod utrum* barritus elephantis uox *emendem an ex contaminatione cum Landgrafio Arch.* IX 365 *repetam collata gl.* elatus superbus, inflatus, tumidus IV 61, 27 *an ad* bardum *revocem haereo.*

Barrit τρίζει ἐλέφας, βοᾷ II 28, 34. elephans cum uoce⟨m⟩ dat IV 24, 26. elephans cum uocem emittit IV 487, 52; 590, 48 (ut elefans); 600, 19; V 170, 27; 270, 12; 348, 26; 401, 34. **borrit** uoce eleuat V 563, 33 (*scr.* barrit uoce elephantus). *Cf. Loewe GL. N.* 248.

Barritus clamor elephantis (-tus) IV 24, 29. **barnicum** elephanti uox IV 210, 41. **barritus** uox elephanti V 170, 26. uox beluae IV 487, 53 (biluae); 590, 49; *c post* IV 26, 26. genung (*AS.* = *das Gähnen*) V 401, 23 (*contam.*?). uox exercitus *cod. Bern.* 258 *apud Loewium Prodr.* 150, 419. **burrit** uox beluae V 173, 8. *V.* Luca bos.

Barrus elephans III 189, 42; V 348, 14; 401, 28. ἐλέφας, elefantus, bos Luca (bocluca *cod.*), **barrus** II 295, 8. Luca bos (locabos *cod.*), elephas V 442, 29; 562, 57 (locauos). elefantus, a quo ebur V 549, 49. **barrum** elephantum V 562, 30. rufum, elefans (*contam.: cf.* burrus) V 492, 37. *Cf.* Luca bos.

Bartholomaeus filius suspendentis (suspendentes *codd.*) aquas IV 210, 47; 590, 45. *Cf. Isid.* VII 9, 16; *Eucher. instr. p.* 144, 1; *Onom. sacr.* 60, 20.

Baruina barriggae (*AS.*) V 402, 13 = **braugina** barice (*AS.*) V 404, 2, *ut videtur: sed utraque forma pariter obscura. Cf. Wright-Wuelcker p.* 196, 35 (brugma barice).

Barunculus baruo (uarro *vel* uaruo *codd.*) IV 399, 43. *Cf.* baro.

Barus *v.* burrus.

Barytonicus musicus IV 590, 47; 487, 39 (barritonicus). *An* barbitonicus? *Cf.* barbiton *in lexicis.*

Bascaudae sunt concae aereae V 616, 24. **bascaudas** concas aereas IV 24, 23; 294, 46; V 170, 29; 442, 30 (= *Iuvenal.* XII 46). **barcanda** conca aerea *Scal.* V 592, 41 (*ex Osberno p.* 77[a]: *adde* **bascandae** conchae aereae, genera uasorum *ex Papia*). *Cf. Loewe Prodr.* 63, *Iuvenal. ed. Friedlaender p.* 111. *V.* uescada.

Basiat (bass.) sustinet V 492, 40 (*a basi?*). baiulat *vel* bastazat *H.*

Basiator φιλητής II 471, 31. amator, osculator II 569, 33.

Basilea regina IV 210, 19. imperatorissa IV 585, 2. **basilla** regina IV 24, 5; 313, 18; 487, 14; 591, 1; 600, 20; V 170, 30; 270, 20; 348, 33; 402, 1.

Basileus rex IV 210, 18. imperator IV 487, 15. imperator, rex IV 24, 6; 585, 1; 591, 2. **basileon** liber regum V 401, 1. rex V 401, 15. **g.** (= graece) rex V 347, 28.

Basilica βασιλική II 256, 21; III 20, 25; 91, 76 (uaselica); 306, 9; 353, 39. βασιλική regia, **basilica** III 267, 36. regium habitaculum III 490, 25. regis habitaculum III 510, 52. graece domus regalis V 270, 9. regula (regalis *ab*) IV 210, 20 (regia? *nisi* basilisca regula *scribendum est; cf.* IV 210, 21).

Basilicarius μαλακός, ἀγοραῖος II 28, 39: *ubi* basilicarius *multi*: *cf. Casaubonus ad Theophr. Char. p. 176.*

Basilidos (*ita Scal.* basilides *ed. Vulcanius*) palatinus homo, ἀνὴρ τῆς βασιλίδος ·i· de aula regia (i. — regia *om. Scal.*) V 592, 39, *ubi* basilicos *Loewe Prodr.* 65.

Basilis<c>a *v.* gentiana, regia.

Basiliscus βασιλίσκος III 189, 70; 376, 27. **basili<s>cus** regulus IV 210, 21. **basiliscus** et regulus unum sunt et a mustelis uincitur V 401, 32. ὁ βασιλίσκος regulus, **basiliscus** III 259, 61. **basiliscus** serpens qui flatu suo quod adtingit incendit IV 24, 10; 487, 20 (adtangit); 591, 5; V 170, 32. serpens qui flatu suo uniuersa quae tetigerit urit *ab* IV 210, 31. serpens quae flatu suo uniuersa quae attigerit inurit IV 585, 3 (urit); V 401, 31; 348, 21. serpens est qui flatu suo quae attigerit inurit V 270, 22. serpens IV 210, 31 (basilicus).

Basilissa imperatrix V 170, 31. *V.* regina.

Basio φιλῶ στόματι, ὃ λέγεται ἐπὶ βρέφους II 472, 8. καταφιλῶ **basio**, osculor II 344, 56. φίλησον **basia** III 7, 8.

Basis basis II 256, 28; 555, 34 (βασισις). fundamen II 569, 38 (*v.* bilis). est capitellum columnae V 616, 14. sessio columnae IV 24, 32; 313, 13; 590, 50; 600, 22; V 442, 36. syl (*AS.*) V 402, 8. omne quod fundamentum subponi potest V 429, 44 = 420, 65 (*Euseb. eccl. hist.* VII 14). **basi** (?) duo foramina oculorum III 598, 2. *Cf. Cael. Aur. ac.* I 8, 54.

Basium φίλημα II 28, 36; 471, 29. osculum II 569, 21. quod uxori datur: nam distantia haec est, ut basium (uerba si uel) uxori, osculum filiis, suauium scorto sit deputatum V 170, 33 (*cf. Isid. Diff.* 398; *Don. in Ter. Eun.* III 2, 3; *Serv. in Aen.* I 256; *Haupt Op.* II 106). **bassia** oscula V 348, 8; 401, 26.

Bassarides baccae IV 210, 43 (mulsariae *add. ab*); 313, 20; 591, 3; V 270, 27. **bassandes** baccae V 348, 30; 401, 40. **bantridae** uaccae IV 210, 35. **balsaride** uacce mulsaris (= baccae mulieres: *nam de explicatione Landgrafii Arch.* IX 364 *dubito*) IV 600, 8. **bascarides** bacciae mulieres in molestia libri patri V 270, 34 (= bacchiae mulieres inmodestae Liberi patris: *cf. Stowasser Arch.* IX 565).

Bassatum *v.* baratrum.

Bassilitas παχύτης II 400, 14.

Bassulus παχὺς ὑποκοριστικῶς II 400, 12.

Bassum .non altum IV 210, 17; V 492, 41 (bassium).

Bassus παχύς II 400, 11. ἔγχυλος II 28, 38. crassus V 591, 60 (*cf. GR. L.* VII 176). pinguis, obesus V 173, 16 (bussus); 592, 53. grossus, pinguis II 569, 27 (*cf. GR. L.* VII 176, 14 grassus). **bassum** pingue, obesum IV 590, 51. **bassas** pingues, oues (*scr.* obesas: *cf. Loewe Prodr. p.* VIII) V 492, 39; IV 487, 32 (bassa — obesus). oues (*h. e.* obesas) IV 210, 16. **bassus** proprium secundae declinationis, contatus (status?) corporis quartae declinationis V 492, 42. *Cf. Loewe Prodr. p.* 66, *praef. p.* VIII. *V.* pinguis. *Cf. GR. L.* IV 115, 30; 193, 15; 203, 8.

Bastarna *v.* basterna.

Basterna genus uehiculi quo nobiles Romanorum matronae uel uirgines uehebantur V 520, 24. genus currus in quo nobiles feminae sedebant V 562, 34. genus currus est et gens (*contaminata cum* Basternae, Bastarnae) V 582, 29. similis curru, de corio facta tota et portatur semper ab hominibus uel asinis, nullam rotam habens V 348, 5. genus uehiculi V 492, 43. *Cf. Isid.* XX 12, 5; *Serv. in Aen.* VIII 666. sella Alexandrina V 562, 51 (*cf.* conopeum). tecta manualis IV 24, 35; 487, 42; 600, 23; V 170, 34; 270, 14; 442, 46; 592, 54. scrid (*Schlitten, AS.*) V 401, 25. beer (*AS.*) V 347, 21; 401, 9. *Hinc emendabis* **bortama** tecte (*vel* ecce) manualis IV 26, 22; V 171, 4; 443, 49; **bortanea** (*corr. Graevius*) tecte manualis V 592, 61; **bortam** tecte manualis IV 489, 21; V 171, 4. (*Cf.* bastizo graece porto inde **basterna** V 562, 25). *Glossa truncata:*

nam neque tecta *in* lectica *mutare audeo, cum* basterna *tecta fuerit, neque* manualis *sollicito, cum hominum saepe manibus fuerit portata. Cf. Loewe Prodr.* 67. testa *Vulc. V.* essedum, conopeum, porto.

Bastiridio id est rustici agreste(?) III 536, 50.

Basus rufus, niger V 170, 28: burrus?

Bataclat ⟨h⟩alat V 492, 46; 562, 21. *Cf. Loewe Prodr.* 412, *Landgraf Arch.* IX 405. *V.* hippitare, oscitor, battat.

Bataclatio *v.* oscitatio. *Cf.* bataclat.

Bath linum IV 591, 4; 600, 28. **bathdin** uestis linea IV 600, 29. *Cf.* **bath** in Daniele uestis linea (linae *cod.*) *apud Loewium Prodr.* 124 (*v. Eucher. instr. p.* 156, 23: Baadim in Danihele uestes lineae . . Bat enim apud Hebraeos linum; *cf. Roensch Mus. Rhen.* XXX *p.* 454).

Batica(?) iogima(?) III 613, 10; 625, 31; 591, 62 (battica).

Batilium *v.* uatillum.

Batinas *v.* oloscordon.

Batinius *v.* bucco.

Batioca patera (pater *G*) argenti ad sacrificandum *Plac.* V 8, 7 = 50, 1. patera IV 591, 8; 599, 9; V 270, 38; 442, 42; 562, 58; 591, 70. *Cf. Loewe Prodr.* 276, *ubi commemoratur glossa 'Imogontis' de vet. voc. p.* 69: **batioca** panthera argalistara, *h. e. ut Loewio videtur,* patera arca turalis: *v.* acerra: *idem Arnob.* II 23 (*p.* 67, 6 *ed. Reiffersch.*) *recte contulit, ubi* pattioca *cod.*

Batiola ποτήριον φιαλοειδές II 496, 31; 521, 47 (baciola *et* fialoidem *codd.*). ποτήριον φιαλοειδές haec **uatiola** II 414, 44. **battiola** (*vel* baciola) calix latus, non angustus II 569, 19. ποτήριον III 440, 19; 478, 43. *Cf. GR. L.* VII 167, 9; *Loewe Prodr.* 280 *et Colacis fragm. apud Non.* 545, 17 *servatum.*

Batis εἶδος ἀκάνθης βοτάνης II 28, 35. genus holeris V 592, 66 (*ita Scal.*). genus olerum V 600, 3 (bagetes). erba olerum IV 600, 27 (battis). ξανθός (ξανθός, ἰχθύς *h.*) II 28, 37. nomen serpentis IV 210, 6; 585, 4; V 270, 32 (sernantis); 592, 23. *Cf. Loewe Prodr.* 69. *Adde* **batos** herbae genus *Plac.* V 8, 15 = 50, 2 (*cf. Festus Pauli* 30, 15). **batta** βάτος II 27, 57. **batum** πράσον(?) II 28, 42 (*cf.* baium, porrum). **batus** rubum V 492, 44. *Cf. Loewe Prodr.* 69. *Consulto coniunxi quae bene distingui non potuerunt. V.* mora domestica, morum agreste.

Batracha (botr. *cod.*) est rana V 616, 28. *Cf. Isid.* XII 4, 35.

Batrachion *pro quo frequentissime inveniri* butracion (butracionem III 552, 6), *rarius* botracion *semel moneo, sic in glossis explicatur (quae nomina tantum non omnia ex Apul. de med. herb. c.* IX *fluxerunt):* apius III 543, 75. apio rustico III 536, 39; 618, 29. apium agreste III 580, 43. apio rustico uel scelerata III 553, 27; 617, 46. scelerata (celata *cod.*) siue apio rustico III 536, 47. esca frigida III 587, 42; 591, 46; 625, 17; 613, 17 (isqua). appiorisus (apium risus *Apul.*) III 552, 5. apiocison III 587, 17. apiorisu III 608, 16. apiorisum III 617, 7. est esca frigida uel apurisu uel ⟨s⟩celerata III 608, 37. nomine erbe **botracion** omeus, choras, Tusci corofis, Siculi selinon agrion, Romani aperisu, Galli erba scelerat⟨a⟩, Itali ·i· aperisu III 633, 2—8. selenon agrion(σέλινον ἄγριον) III 576, 49. rusilino (rhuselinon *Pseudapul.*) III 575, 21. chataltice (catastactice *Pseudapul.*) III 557, 57. catallice III 622, 15. epesteon (hephaestion *Pseudapul.*) III 562, 1. elico bonus (lycopnon *Pseudapul.*) III 562, 2. choras (?χοιράδας *Stadler*) III 557, 55; 622, 14. chorisis *vel* chorifis (ciorophis *Pseudapul.*) III 557, 56; 621, 59 (clorisis). atircoris(?) III 552, 4. poliantem[en]on III 574, 17. quitradas (= χοιράδας *Stadler*) III 574, 55.

Batruda (*scr.* Bagrada) flumen Africae V 562, 29.

Battat ginath (*AS.*) V 347, 50; 401, 24 (geonath). *V.* bataclat. *Cf. Groeber Arch.* I 247.

Battatum *v.* bacatum.

Battualia (battulia *cod.*) quod uulgo battalia dicitur V 492, 48. **battualia** quod uulgo dicitur bactalia, inde battuatores V 562, 23. γυμνασίαι τῶν μονομάχων haec **uactualia**, singularia non habet II 265, 33. *Cf. GR. L.* I 33, 25; 549, 35; VII 178, 6 (battualia quae uulgo battalia dicuntur . . . exercitationes autem militum uel gladiatorum significat. inde etiam battuatores τοὺς βασανιστάς dici puto). *Cf. Arch.* VIII 448.

Battuarium κοπανιστήριον II 353, 16.

Battuator cibator, farinae et similae collector II 569, 35. *Interpretamentum ex quo graeco vocabulo versum sit, incertum: nisi quondam pro* battuator *scriptum fuisse* uactuator (*cf.* battualia) *sumimus, hoc autem male pro* uictuator *intellectum, ut olim* uictualia *pro* uactualia *edebatur, unde error repeti possit. Cf.* battualia.

Battuit κατακόπτει II 28, 43; concidit, decidit IV 591, 6. *Cf.* concīdo, decīdo, battere *sub* caedo, pilo.

Battulum κόπανον II 353, 17. *V.* battuarium.

Battulus stam saxonice II 569, 28.

Cf. GR. L. VII 167, 10: **batulus** μογιλάλος *et Buecheler Mus. Rhen.* XXXV 70. *Hinc emendandum* μογιλαιος **ultulus** II 372, 34. *Cf.* **batubus** μογιλᾶλος II 68, 22; **atubus** μογιλάλος, μογγός II 25, 39 (*etsi nescio an Scaliger Aus. lect.* II 9 ἄτυπος *recte adscripserit*). *Cf.* **balbutus** stom, wlisp (*AS.*) V 402, 10: *v.* balbus. *V. Loewe GL. N. p.* 22.

Batus amphora IV 210, 7; 591, 7; V 492, 45. anfora id est modii tres IV 600, 26. **uatum** mensura çentus chaus (*scr.* cyathus, chous) V 488, 31. *Cf.* oephi.

Batutus percussus V 348, 25; 401, 33 (*cf. Aldh. epist. ad Acirc. p.* 255). **battutum** τυπτηθέν, ἀναιδε⟨νόμενον⟩ (*ita h.* ἀναιδές *Vulcanius: emendatio incerta*) II 28, 44. **battuitum** (*vel* batuitum) gibeataen (*AS.*) V 347, 37. gebeaten (*AS.*) V 401, 17.

Baubant latrant, ὑλακτοῦσιν II 28, 46. latrant IV 24, 14; 28; 487, 22; 591, 10; 600, 24; V 270, 26; 348, 31; 401, 41; 442, 35. **baubare** latrare V 638, 55 (= *Non.* 80, 29). siue l⟨atr⟩are canum est, sicut gannire uulpium V 170, 36. lactat (*scr.* latrat) **baubatur** (baobatur *cod. Leid.*) IV 358, 42. *Cf. Aldhelm. p.* 303. **baubantur** ὑλακτοῦσιν II 28, 45. **baubantur** catuli *Loewe GL. N.* 249. *V.* arisat.

Baucalem gillonem IV 600, 25. gellonem IV 313, 21; 591, 9; V 591, 71. gyllonem V 348, 12; 401, 27. gillonem ubi infusa fit IV 24, 22; V 170, 12; 37 (gellonem); 442, 31 (sigillonem *vel* gillonem): *ubi infusa substantivum esse, ut* accessa, expensa, extensa, intrita, *Roenschius 'Litt. Centralbl.'* 1877 *p.* 696 *recte monet. Cf. Loewe Prodr.* 69. *V.* gillo.

Bauar *v.* bacar.

Baxae calcei mulieris alti *Plac.* V 8, 12 = 50, 5 (altae). **baxem** (*h. e.* baxē, baxae) calciamenti genus IV 24, 38; 487, 31; *Plac.* V 50, 6; V 442, 48. quas bacceas dicunt V 402, 5. quas bucceias (bucceriás *cod. Ep.*) dicunt V 348, 39. quas buccellas dicunt IV 210, 29. quarbusceius dicunt V 270, 28. **baxyem** (*h. e.* baxae) quas bacceas dicunt, genus calciamenti IV 591, 11: *in quibus omnibus* quas baxeas dicunt *suspicor latere* (basceas *et* bacceas *formae vulg.*). *Cf. Loewe GL. N.* 97. **baxea** genus calciamenti mulie⟨b⟩ris IV 600, 30. genus caldei (*scr.* calciamenti) muliebris V 270, 41. calciamenta mulierum sunt V 50, 4; 252, 10. **baxeas** calciamenta (baxas *G*, *reçte?* bascas *R*) *Plac.* 8, 16 = 50, 3. **baxeas** calceos IV 24, 34; *cd post* IV 26, 35; IV 489, 42; 591, 12 (baxeus calcius); V 442, 45. **bacle** ὑποδήματα γυναικεῖα σκηνικά II 28, 31 (*h. e. ut vid.* baceae = baxeae *e. q. s.*). *Cf. GR. L.* V 572, 21; *Isid.* XIX 34, 13; *Loewe GL. N.* 97; *Pauly-Wissowa s. h. v.*

Bazena *v.* mafortia.

Bdella *v.* bidella, hirudo.

Bdellium *v.* bidellium

Beacita (?) stęrn (= *Staar, AS.*) V 347, 3. stearn (*AS.*) V 402, 19. *Cf. Wright-Wuelcker p.* 131, 11.

Beatitas beatitudo IV 211, 3; 488, 1; 585, 28; 591, 17; 600, 31. beatitudo, felicitas IV 24, 41; V 442, 49.

Beatitudo μακαρισμός II 364, 3; 517, 46; III 499, 46 (macharismia). *Cf.* beatitas.

Beatum reddo beo IV 313, 22; 591, 14. *V.* beo.

Beatus μακάριος II 364, 1; 534, 26; III 178, 51; 202, 25; 251, 8; 370, 78; 440, 20; 499, 45. εὐδαίμων, μακάριος II 28, 48. εὐδαίμων **beatus,** fortunatus II 316, 30. felix IV 24, 40. felix, sapiens, immortalis (*scr.* immortalitati) proximus IV 313, 23; 591, 15. sapiens uel inmortalis IV 585, 26. felix, immortalitati proximus siue sapiens IV 600, 32. **beata** μακαρία II 28, 47. **beatum** μακάριον II 28, 49. **beati** μακάριοι II 28, 50. felices IV 211, 2; 585, 27. felices, fortunati IV 431, 41 (= *Verg. Aen.* I 94); 591, 16. **beatae** μακάριαι II 28, 51.

Bebella sperta (*AS.*?) V 402, 47. *Cf.* bobella suearte (= *schwarz*) *Wright-Wuelcker p.* 195, 5. *De latina voce* sporta *cogitat Hessels p.* XLII; *de* bibellus = *bieberfarbig Thurneysen.*

Beber *v.* fiber.

Bebriacus rex qui hospites occidebat V 652, 43 (= *Iuvenal.* II 106: *cf. schol. Cornuti ed. Hoehler*). **Babricaus** lacus (uicus? locus?) Mantuae *Mai* VI 510.

Bebrycia Bithynia seu maior Phrygia V 549, 52 (*cf. Serv. ad Aen.* V 373; *Isid.* XIV 3, 39).

Becilli aegroti, infirmi, insani V 563, 6. **becilles** aegroti, informes (*vel* infirmes), insani V 442, 50 (*errore pro* imbecilli). *Cf. Landgraf Arch.* IX 367.

Beel (*vel* bel) pater Nini (*vel* Saturni; *cf. Eucher. instr. p.* 155, 12) V 347, 7. pater Saturni V 402, 21. *Cf. Isid.* VIII 11, 23.

Beer puteus meus V 347, 43. *V.* ber. *Cf. Onom. sacr. p.* 3, 21.

Behemoth animal V 400, 9; 402, 44. *Cf. Iob* 40, 10 (*Roensch Mus. Rhen.* XXXI 454).

Belantes oues bobentes (*scr.* bidentes) IV 591, 21. *V.* bidens.

Belastrum *v.* balastrum.

Belat balat IV 591. βληχᾶται ἡ ὄις III 259, 5. *Cf.* balo.

Belbe *v.* lupa ceruaria.

Belgica superior prouincia Galliae IV 591, 31. gallicana ciuitas V 563, 2. gallicana V 520, 22.

Beli multi fuerunt, praecipue rex Assyriorum et Graecorum; alter praecipue Babylone (Babylonae *cod. Paris.*) *Plac.* V 9, 3 = V 50, 7: *ubi* aliter praecipue Babylone *Deuerling ut variam lectionem seclusit.* **Belis** simulacrum daemonis IV 488, 10; 591, 22. simulacra daemonum IV 585, 40 (*scr.* Belus *et* Beli).

Belial pestilens (*vel* pestilentes) V 348, 11. pestilentes V 402, 36. *Cf. Roensch Mus. Rh.* XXXI 458.

Beliar Beliar III 237, 21. diabolus IV 585, 39. *Cf. GR. L.* VII 265, 4; 298, 7.

Belidae ab illo (a belo *ab*) patre IV 211, 17. *Cf. Verg. Aen.* II 82.

Belipos *v.* delirus.

Bella cient bella committent IV 24, 48; 488, 18. in pugna⟨m⟩ prouocant, proelia commouent, certamina adiciunt IV 591, 33 (*Verg. Aen.* I 48).

Bella gero pugnas facio IV 431, 43 (= *Verg. Aen.* I 48). **bellago** inimicitias exerceo V 520, 21. **bella gero** pugna (pugnas?) facio, inimicitias exerceo IV 591, 25.

Bellantes dimicantes IV 25, 12; 591, 34. expugnantes IV 585, 38. dimicantes, pugnantes V 442, 54.

Bellaria τραγήματα II 29, 1; 458, 6; III 15, 48; 88, 11; 185, 5; 219, 17 (cepragimata et uillaria) = 234, 13 = 658, 11; 316, 6; 372, 21. *Cf. GR. L.* III 497, 1; *suppl.* 236, 16.

Bellarius (uell.) τραγηματοπώλης III 309, 49.

Bellator πολεμιστής II 411, 56. idem (*h. e.* qui pugnatoribus praeest) II 569, 46. πολέμιος III 208, 27. pugnator IV 600, 42. bellis familiaris IV 313, 28; 591, 24; V 442, 51. πολεμισταί **bellatores** II 557, 56. *V.* belliger, bello.

Bellatrix πολεμική II 411, 53. pugnatrix IV 591, 35.

Bellerophon equos pinnatos IV 25, 16 (bellorufons); V 563, 5 (bello forans). *Glossa truncata: videtur* Bellorophon *forma subesse: cf. Plauti Bacch.* 810.

Bellicam columnam (bellica columna *R*), ante aedem Bellonae, quae Pyrrhi temporibus constituta dicitur, ut exeuntes in (ad *R* bellum superiacerent eam hasta, uelut in conspectu hostis essent ueluti conspectu hostis essent *G*. ueluti conspecto hoste issent *R Plac.* V 8, 22 = V 50, 8. *Cf. Festus Pauli p.* 33, 8 *et Serv. plen. in Aen.* IX 52.

Bellicosum locum *v.* bellicosus.

Bellicosus πολεμικός II 411, 52. pugnandi cupidus IV 25, 13; 313, 31; V 402, 20. uir assiduus in bello IV 24, 46; 488, 24. pugnandi cupidus uel uir assiduus in bello IV 591, 30. pugnandi cupidus aut pugnax IV 488, 23. bello (bellum *codd.*) superbus (superbum *codd.*) uel cupidus (cupidum) V 270, 52. expugnosus (*Loewe GL. N.* 165) IV 585, 36. pugnandi cupidus uel locus ubi pugnae fiunt IV 600, 38. pugnandi cupidus est et (et *om. cod. Sangall.*) locus bellicosus IV 211, 22. *Cf.* **bellicosum locum** ubi pugna fit V 442, 56 (*cf. Landgraf Arch.* IX 366). **bellicosissimus** asper IV 313, 30. pugnator insignis, id est nominatissimus V 442, 55. pugnator nominatissimus IV 600, 43. **bellicosissima** asperrima IV 431, 42 (= *Verg. Aen.* I 14 asperrima belli: *v.* asperrima belli); IV 591, 28.

Bellicrepa saltatio quam pyrrhicha⟨m⟩ dicimus V 442, 57 (pyrica). s. quam pirrica dicitur V 563, 4 (*ubi aut* dicimus *aut* quae *scribendum.*) **bellicerpa** quoddam genus ludorum cum armatis (armis *O. Mueller*) V 591, 53: *quam gl. ex Osberno p. 64 fluxisse* (*cf.* 75[b]) *et ex Festo Pauli p.* 35 *pendere Loewius Prodr.* 70 *monet.*

Bellicus pugnandi cupidus IV 25, 21. subauditur aliquid, id est sonum aut tremor V 402, 18 tumultus ac motus pugnae IV 313, 29; 591, 29; 600, 40. slag (? *AS.*) V 402, 33 (*cf. Sweet 'Oldest Engl. Texts' p.* 591: *quamquam dubitat Kluge*). *V.* bellicam columnam.

Belliger πολεμικός II 411, 52. uir fortis IV 24, 45. bellator IV 211, 10; 585, 33. bellator, uir fortis IV 488, 19; 600, 35. pugnator, duellio uel qui bellum gerit, uir fortissimus IV 591, 32. qui bellum gerit, uir fortis IV 313, 32. et bellator unum est, id est uir fortissimus V 270, 60. et bellator unum sunt V 402, 32. **belligeri** qui bellum gerunt IV 600, 41. *V.* belligerator.

Belligerator πολέμαρχος II 411, 51. **bellig⟨erat⟩or** qui pugnatoribus praeest II 569, 45 (*ita Loewe GL. N.* 23. bellicor *codd. praeter b, qui* bellicus *habet: pro qua scriptura nescio an* belliger *olim scriptum fuerit in fonte, quo hic glossator usus est*).

Belligero πολεμῶ III 155, 22/23. **belligerat** πολεμεῖ II 29, 3. pugnat IV 211, 9; 488, 22; 585, 34; V 271, 16. **belligerant** pugnant IV 24, 47; V 170, 38. **belligerare** pugnare IV 591, 26.

Belli portae templum est quod bello patet et pace clauditur IV 431, 44 (= *Verg. Aen.* I 294: *ubi cf. Serv. plen.*); IV 591, 27.

Bellipotens qui potestatem habet belli IV 585, 35. Ma⟨r⟩s uel Minerua V 271, 14. *Cf. Verg. Aen.* XI 8.

Bellium *v.* baetulus.

Bello πολεμῶ II 411, 62. **bellatur** expugnatur IV 585, 37 (*v.* bellator).

Bello egregium in bello nobilem IV 591, 36; 600, 37: *ubi* egregiam *coll. Verg.* I 444 *Landgraf Arch.* IX 366. *Cf.* **bellum egregium** in bello nobile IV 488, 20.

Bellona Ἐννώ, Ἐρινύς, θεὰ πολεμική II 28, 52. Ἐννὼ πολεμική III 291, 21; 516, 50. Ἐννὼ μήτηρ Ἄρεως III 168, 43 (*cf.* Ἐννὼ μήτηρ Ἄρεως **bellona** mater Martis III 237, 7). Ἐννώ II 301, 5; III 9, 8; 348, 36; 393, 56; 440, 22; 478, 44. dea inferorum IV 406, 49; 313, 33 (inferum *vel* inferorum). dea inferorum uel bellicosa IV 591, 37. bellicosa, dea belli, dea inferorum (inferiori *cod. Sangall.*) IV 211, 20. bellicosa, mater Martis V 442, 52. dea paganorum, latine a bello nominata V 170, 39. *V.* bellicam columnam.

Bellonarii οἱ θεοφορούμενοι, liber de officio proconsulis II 28, 53. *Cf. Rudorff 'Abh. der Berl. Ac.' a.* 1865 *p.* 276.

Bellonica bellicosa IV 406, 50 (Bellona?).

Belloque superbum (bellasqueruperibus *cod.*) bellicosum, magnificum ⟨in⟩ bello (bellicorum magnificum bella *codd.*) V 442, 53 (= *Verg. Aen.* I 21). *V.* **bellum superbum** in bello magnificus IV 488, 21; 591, 44. *Cf. Landgraf Arch.* IX 367.

Bellosum bellicosum V 638, 56 (= *Non.* 80, 31).

Belluaria *v.* berla.

Bellum πόλεμος II 411, 57; 499, 53; 543, 29; III 155, 23/24; 298, 60; 440, 23. **bellus** πόλεμος II 525, 37. **bellum** pugna IV 211, 8; 600, 39. πόλεμον II 29, 2; III 209, 2. pugnam IV 25, 11; 313, 35. pugnam, proelium IV 431, 45 (*cf. Verg. Aen.* I 263). bellum, in proelium IV 591, 38 (*cf. Isid. Diff.* 78). quod in campis agitur V 347, 8; 402, 23. *V.* ineo bellum.

Bellum antarium ὁ πρὸ τῶν πυλῶν πόλεμος II 385, 68. *Cf.* altarium bellum.

Bellum Antonianum quod gessit Antonius V 271, 4.

Bellum Cimbricum Gallicum, quia Galli Cimbri dicuntur IV 488, 30; 592, 14. Gallicum; Cimbri enim Galli sunt V 402, 31. Gallicum, quod Cimbri Galli sunt V 270, 61.

Bellum ciuile ἐμφύλιος πόλεμος II 29, 4. domesticum bellum IV 488, 25. bellum domesticum, quando una ciuitas inter se pugnat IV 211, 11. ciuis qui est contra ciuem uel intestinum IV 24, 50. ciuis contra ciuem uel intestinum IV 488, 26. domesticum bellum uel ciuis contra ciuitatem uel intestinum IV 591, 40.

Bellum domesticum intra domos IV 591, 42; V 270, 57 (intra domo *cod.*); 402, 50 (*item*). intra domum IV 24, 49; 488, 27.

Bellum extraneum πόλεμος ἐξωτικός II 411, 59.

Bellum interneciuum cum uicti omnes occiduntur IV 591, 43. **bello interneciuo** V 660, 34. *V.* intern. b.

Bellum internum πόλεμος πολιτικός II 411, 60.

Bellum intestinum πόλεμος μεταξὺ συγγενῶν II 29, 5. bellum ciuile V 270, 55 (intentissimum *pro* intestinum *cod.*); 402, 37. ciuile uel domesticum uel castrense IV 313, 36; 591, 41. bellum ciuile siue domesticum IV 600, 36.

Bellum Italicum bellum Romanum IV 24, 51; 488, 28; 591, 45. Romanum V 270, 56. bellum Romanorum V 402, 34.

Bellum maritimum quod in mare fit V 270, 58; 402, 52. in mare IV 25, 10.

Bellum Marsicum Marsi populi sunt V 271, 2; 402, 25 (marsiculum).

Bellum Mithridaticum quod gessit Mithridates, rex Ponticae prouinciae V 271, 1.

Bellum Mutinense Gallicum: Mutina enim ciuitas in Gallia V 271, 3.

Bellum nauale pugna in nauibus mari IV 211, 14. *Cf.* **nauale bellum** ναυμαχία II 375, 13; 504, 39. πόλεμος θαλάσσιος II 411, 61.

Bellum Peloponnense graecum (graum *cod.*): Peloponnesus (pelopensis *cod.*) dicitur ciuitas Graeciae V 271, 6.

Bellum Punicum Africum IV 24, 52 (pun. *vel* quin.); 591, 46; V 270, 59. uel Africum IV 488, 29 (penicum *vel* pun.). Africanum V 402, 38.

Bellum terrestre quod in terra agitur V 271, 7.

Bellum Teutonicum Gallicum V 348,

42. Gallicum, Teutoni enim Galli sunt V 402, 41.

Bellus καλός III 467, 47. κομψός III 13, 36; 86, 46; 178, 13; 180, 62. κομψός, scitus (*GR. L.* VII 178, 17) **bellus** II 352, 56. κομψός, **bellus**, scitus III 250, 48; 253, 9. **bellus** ἀστεῖος II 248, 31. κομψός, ἡδύς II 29, 8. gratiosus IV 211, 21; 313, 37; 591, 39. formosus II 569, 41. κομψότερος **magis bellus** II 352, 57. κομψότατος **bellissimus** II 353, 1.

Belphegor simulacrum Priapi IV 211, 13 (*Isid.* VIII 11, 24).

Belua θηρίον II 521, 49. κῆτος II 496, 35. κῆτος pistrix, hae⟨c⟩ **uelua** II 349, 24. **bellua** κῆτος, κνώδαλον II 29, 9. τὸ θηρίον, ὁ θήρ **belua**, fera III 258, 42. **belba** bestia aut fera IV 25, 4. **belua** ὕαινα τὸ ζῷον II 461, 28. ὕαινα III 18, 46; 90, 59; 189, 20; 320, 9; 431, 16. **beluae** ἱπποκένταυροι III 437, 31. bestiae IV 211, 23 (maris *add. abd*); 313, 27 (marinae *add. ac*). bestiae maris IV 25, 18 (belbae); 488, 33 (biluae); V 402, 48 (baelbae). bestiae marinae IV 211, 46 (biluae). bestiae, sed proprie marinae V 442, 58 (belbae). bestiae maris terraeque V 270, 54. bestiae maris et terrae IV 591, 23. besti⟨ae⟩ maris et terrae IV 407, 1. **beluis** bestiis marinis IV 211, 16. *Corrupta* **billa** iumentum asinus V 592, 31 *ex* **bilia** iumentum marinum *cod. Leid.* 67 *E. Cf. Loewe Prodr.* 73. iumentum *idem vult quod* bestia (*nisi forte subest glossa velut haec* belua marina κῆτος, κῆτος *autem pro* κτῆνος *acceptum, quod frequentissime per* iumentum *vertitur*). billa = bilba *est. Cf. Ott Fleckeiseni Annal.* CXVII *p.* 422. *Obscurior gl. cod. Leid. Fol.* 24: **belua** iumentum asinus luteus *procul dubio ex contaminatione orta.* κίλλαι . . . ὄνοι *Hesych.*

Belua marina κῆτος III 318, 27; 355, 78; 497, 27; 526, 57.

Beluatus bestiis similis II 569, 43. *Cf. Plaut. Pseud.* 147.

Belues mendicitas *lib. gloss.* **belues** egestas, quia solet contingere per uastationem V 591, 58 (*quam gl. Scaliger hausit ex Osberno p.* 75 b: **belues** egestas, quae solet contingere per uastationem beluae). lues *Scaliger adscripsit: mihi* bulimus *subesse videbatur. Cf. Loewe Prodr.* 70. *V.* beluus.

Beluile θηρι[σ]ώδες (*del. e*) II 29, 6.

Beluius θηρίου ὅμοιος II 29, 7: *ubi* belluinus *acde: nisi praestat* belutus: *cf. Dammann Comm. Ien. V 39, qui Paul. p. 34, 13 confert.*

Beluus θηριώδης, efferus II 328, 33. *Cf. Augustin. reg. GR. L.* V 520, 28 *K.:* exiguus **beluus** ut Cicero dixit (*Loewe GL. N.* 138). **beluus** morbus bestiarum V 271, 15. **biluus** morbus bestiarum V 592, 37. **belluus** moribus bestiarum V 593, 18; *cf. ab* IV 211, 16. **bibuscus** morsus bestiarum V 592, 34. *Verum esse* moribus bestiarum *censet Loewe Prodr.* 70. *V.* belues, bruchus.

Belzebub uir muscarum (= *Eucher. instr. p.* 155, 16) IV 211, 4 *Cf. Isid.* VIII 11, 26.

Benalia benigna V 170, 40 (beneficialia? beniuola?).

Benarius σκηνάρχης II 29, 10; *ubi* benna *confert Scaliger ad Festum. An* scenarius? tabernarius *H*

Bendideon *v.* absinthium.

Bendidios (*h. e.* Bendideios: *cf. Ideler* I 421) Bithyniensium lingua Aprilis mensis dicitur V 170, 41.

Bene καλῶς II 337, 62; III 5, 8; 150, 4; 342, 8; 440, 24. καλῶς, ἀγαθῶς II 29, 11. *Cf.* **docet bene** διδάσκει καλῶς III 352, 17. *V.* melius, optime.

Bene accepti sumus καλῶς ἐλήμφθημεν III 288, 28 = 658, 19.

Bene clauatum εὐπόρφυρος III 323, 49; 518, 71 (benelauatum). εὐσημειωτόν III 323, 56.

Bene ⟨con⟩sulis eum bene interrogas eum V 443, 1. **bene consulis** bene prouides V 443, 3.

Bene de me meritus V 660, 35.

Benedicentum melius quam **benedicentium** *Plac.* V 9, 10 = V 50, 9.

Benedico εὐλογῶ II 318, 15. εὖ λέγω II 318, 12.

Benedicta fu III 546, 29. fu herba III 632, 19. fu ·i· herba **benedicta** III 582, 52. fu id est ualeriana uel erba **benedicta** III 612, 8. ἁλὸς ἄνθος id est **benedicta maior** III 607, 33; 616, 14; 586, 13. *V.* absinthium. *Cf. v. Fischer-Benzon p.* 68.

Benedictio εὐλογία II 318, 13; 555, 65; *p.* XIV; III 440, 25.

Benedictum εὐλογία II 502, 56; 534, 28.

Benedictus εὐλογημένος II 555, 63. εὐλογητός II 556, 13. εὐλογημένος, εὐλογητός III 440, 26. κατευλογημένος II 29, 16. εὐλόγιμος II 534, 29.

Bene docet *v.* bene.

Bene doctus edoctus IV 313, 38; 591, 47.

Bene ducatus εὐάγωγος III 331, 40; 493, 52; 519, 28.

Bene educatus bene nutritus II 569, 44. *Cf. Loewe GL. N. p.* 23, *qui interpretamentum per* εὔτροφος, *lemma per* εὔτροπος *verti posse monet.*

Benefacio εὐποιῶ II 319, 2.

Beneficiarius ἐπωφελής III 208, 25.

Beneficium εὐεργεσία II 316, 59; 502, 55; 546, 59. εὐποιΐα II 29, 15; 319, 1; 529, 8. εὐεργέτημα III 141, 53. δωρεά II 534, 31. fremu (*AS.*) V 347, 19. freomo (*AS.*) V 402, 26. **beneficia** προνόμια (*h. e. privilegia*) II 534, 30.

Beneficus (*frequenter* benificus *legitur*) ἀγαθοποιός II 215, 33; III 12?, 12; 177, 9; 249, 53; 330, 56; 372, 74. εὐεργέτης II 317, 1; III 141, 54; 341, 39; 440, 27. εὐεργετητικός (εὐεργετικός *e*) II 317, 2. bene agens IV 24, 44; 488, 4. benefactor IV 211, 5; 585, 44. largus, bona faciens, comulus (*scr.* cumulator *vel* cumulans) IV 313, 40. benefactor, largus, bona faciens, comulus IV 591, 48.

Bene figuratus εὐχαράκτηρος III 493, 37 (εὐχαρακτηρικός?).

Bene gestus καλῶς δ⟨ι⟩οικούμενον (dycumenon *codd.*) III 150, 20.

Bene linguatus eloquens IV 25, 5; 488, 8; V 592, 57. *Cf. Loewe Prodr.* 71, *GL. N.* 159.

Bene loquax εὔφημος III 142, 18. εὐόμιλος II 318, 49.

Bene merentes εὐεργέται II 29, 17.

Bene meritus εὐεργέτης II 317, 1. *V.* bene de me meritus.

Bene moratus εὔτροπος II 320, 6.

Bene munitus ὀχυρός III 152, 44.

Bene olens εὔπνους II 318, 67. εὐώδης II 320, 48. εὔοσμον II 318, 50. *V.* chamaemela.

Bene patior εὖ πάσχω II 318, 55.

Bene re gesta (benigne gesta *cod.*) recte V 531, 28 (= *Ter. Ad.* 775).

Benesuasor bonus consiliator II 569, 47. ἀγαθοσύμβουλος II 215, 32. *Cf.* benesuadus *Anthol. l.* II 747, 5.

Bene ualens εὔρωστος II 319, 26.

Bene ualere εὐρωστεῖν III 71, 50 = 638, 7; 378, 5.

Beneuentanum εἶδος δέρματος βαβυλωνιακοῦ II 255, 12; 268, 27; 285, 18 (βαβυλωνικοῦ *cod.*)

Beneuentus dictus quasi bene inuenta uel bene habens, id est fertili terra seu opulentissima IV 26, 39.

Bene uertat bene ueniat V 443, 4; 563, 7 (beneuentat *in lemm.*).

Benigne large, benefice IV 313, 41 (larget *cod. Sang.* large et *abcde*). large, munifice IV 488, 16; 585, 47; 600, 44. large, benefice, munifice IV 591, 49. sine difficultate IV 25, 20.

Benignitas ἀγαθότης III 423, 16. ἀγαθοσύνη II 215, 31. χρηστότης III 424, 49. καλοκἀγαθία II 337, 44; 534, 32. innocentia, bonitas IV 313, 43; 591, 50.

Benignus ἀγαθός II 215, 28. φιλάγαθος II 29, 12; 471, 18; III 332, 66. καλ⟨οκ⟩ἀγαθός II 29, 20. καλοθελής II 337, 42. χρηστός III 491, 38. beneuolus IV 488, 17. satis bonus IV 211, 28; 585, 46; 600, 45. satis bonus uel benefaciens IV 313, 44; 591, 51. **benigna** ἀγαθή II 215, 25. **benigno** grato IV 25, 15. **benignior** ἀγαθώτερος II 29, 18. *Cf.* beniuolus.

Beniuolentia (*ita praeter* IV 591, 52 *semper*) καλοκἀγαθία II 29, 21; III 385, 29. ἀγαθότης II 215, 30. εὔνοια II 318, 38. καλοθέλεια II 337, 41. bona uoluntas IV 211, 24; 313, 45; 585, 48 (boniuoluntas); 591, 52.

Beniuolentia et **maliuolentia** per i, non per e dicitur, quomodo **benignus** et **malignus**, non benegnus (benignus *G*) et malegnus (malignus *G*). saepe enim ex duabus partibus compositum nomen aut priorem aut sequentem litteram corrumpit: ideo (id est *cod. Sangerm.*) beniuolentiam dicimus: nam (non *R*) beneuolentia crassum quidem (quiddam *Maius*) sonat (sonant *R*) *Plac.* V 8, 28 = V 50, 10. *Cf. Isid.* X 26.

Beniuolus ἀγαθοθελής II 215, 34. καλοθελής II 337, 42; III 177, 11. εὔνους III 331, 54; 493, 60; 519, 42. benignus IV 211, 6; 585, 45. clemens IV 591, 53.

Beo μακαρίζω II 364, 2. beatum reddo IV 313, 47. **beat** beatificat IV 24, 42; 488, 2; 591, 13. beatum facit IV 210, 44; 585, 29. **beabo** IV 210, 45 (faciat); 585, 30. **beabis** beatum facies IV 24, 43; 313, 24; 488, 3; 585, 31; 591, 18; V 271, 10; 348, 40; 402, 39 (*in omnibus praeter primam* facis *est: in prima* faciens). **beauisti** (beatisti *cod.*) beatum me fecisti V 271, 11. *V.* beatum reddo.

Ber (*h. e.* beer) puteus meus V 402, 27. *V.* beer. *Cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI 458.

Berbex *v.* ueruex.

Berce nomen orfei V 271, 13. *Fuit cum de* Barcaei nomen ⟨gentis⟩ Africae *cogitarem. an* nomen urbis? (*Βέργη est urbs Thraciae*).

Berecyntia mater deorum IV 406, 51 (dea); 591, 55; V 271, 12 (pater). **Berencia** siue **berechintia** mater deorum IV 600, 46 (*cf. Loewe GL. N.* 150).

Berida *v.* laber.

Berla id est belluaria III 587, 63; 608, 62 (belluria); 554, 67 (beiluria). *V.* berola.

Berola sinon siue isio III 632, 58 (berrola). seone III 595, 47. sotine III 629, 46. *Cf. Diez* II[c] berle, *Marc. Empir. p.* 376, 12, laber.

Beronices lapis est optimus et pretiosus, de quo calices reges habent V 652, 44 (= *Iuvenal.* VI 156).

Berrus *v.* uerres.

Bersabee puteus septimus IV 25, 22. *Cf. Onom. Sacr. p.* 3, 20..

Beryllus genus lapidis IV 25, 2. genus gemmae IV 488, 15 (berolus); V 348, 41 (berulus). gemmae genus V 402, 40 (berulus). genus lapidis candidi IV 211, 7; 585, 42; 591, 56. genus saxi candidi V 270, 53 (berulus). saxi candidi genus IV 488, 14. lapis tantum ut aqua splendit IV 601, 1. tantum ut aqua splendet V 347, 5. ut aqua splendet V 402, 55.

Bes *δίμοιϱον*, indeclinabile quidem est, sed antiqui ⟨qui⟩ leges conscripserunt et **bessis** (besses *apud Labb. p.* 113) et **bessem** dicunt II 278, 1. **uessem** (bessem *ae*) *ὀκταούγκιον* II 381, 41.

Bessi homines in Thracia belligeratores IV 585, 49. homines Thraciae belligeratores IV 211, 18.

Bessus *v.* bissum.

Bestia *ϑηϱίον* II 29, 23 (*ϑηϱία*); 328, 28; 496, 32; 521, 43; III 320, 2; 361, 26; 522, 44; 577, 66. belua IV 600, 34. **bestiae** *ϑηϱία* III 146, 10; 302, 72; 372, 16; 504, 42; 522, 17. beluae IV 401, 10 (balbae); 592, 1. **uesteae** *ϑηϱία* III 84, 46. **bestia** diabolus siue homines feri IV 592, 2 (*cf. Eucher. form. p.* 25, 1). **besta** *forma in interpretamento* V 443, 52 (*ubi tamen a* bestia). *V.* muta bestia.

Bestia fera *ϑηϱίον ἄγϱιον* III 431, 2. **bestiae ferae** *ϑῆϱες ἄγϱιαι* III 361, 27. *ϑηϱία* **bestias ferae** (*ubi* aut bestiae *aut* feras *scribendum*) III 11, 12.

Bestiarius *ϑηϱιομάχος* II 328, 30; III 114, 47 (= 643, 24); 146, 11; 240, 48. uenator bestiarum IV 25, 1; 211, 19; 313, 50; 488, 5; 585, 50; 592, 3; V 172, 18; 271, 8; 348, 43; 402, 42; 593, 7. *ϑηϱιοτης* (*h. e. ϑηϱιότης* bestialitas?) II 328, 31. cum bestiis pugnans II 569, 42. **bestiarii** *ϑηϱιομάχοι* III 146, 12. *ϑηϱιοδεὶκται* III 433, 18.

Besticula *ϑηϱάφιον* II 496, 34. imago uel figura II 569, 39 (*scil.* bestiarum, *in tabulis pictis, opinor: itaque reicienda quae Loewe GL. N.* 22 *exponit. Cf. Arch.* IX *p.* 4).

Bestiis subrigi ad bestias mitti V 563, 8 (*Augustin. Enarrat. in psalm.* 139, 12 *confert Mayor Class. Rev.* 1895, 263). **bestiis subrige** bestiis mitte V 563, 9. **bestiis subrigi** ad uestiis mitti V 443, 5 (*videtur eadem glossa esse cum praecedente*). *Cf.* ad subrigenda.

Bestius crudelis, truculentus *Osbernus p.* 79 (*cf. Loewe Prodr.* 70).

Beta *v.* b.

Beta *σεῦτλον* II 29, 24; 430, 47; 496, 33; 498, 17; 521, 48; 545, 6; III 265, 36; 467, 48. *τεῦτλον* III 316, 72. *σεῦτλα* III 16, 17; 88, 40; 185, 37; 359, 17; 359, 40; 554, 59; 587, 71; 595, 49; 608, 67; 629, 48. *τεῦτλα* III 316, 71. *λειμώνιον* III 567, 68. herba V 402, 53. berc (*AS.*) arbor dicitur V 347, 15; 402, 24. **betae** *σεῦτλα* III 430, 25. **betas** *τεῦτλα* III 287, 34 = 658, 17. *σεύτλια* III 397, 60; 580, 37 (euclos). *V.* bitulus.

Betaceus *σεῦτλον* (*σεύτλιος margo Stephani, h*) II 29, 25. *Cf. Weinhold Arch.* IV 186.

Bethleem domus panis interpretatur IV 585, 41.

Bethsames domus solis IV 25, 23. *Cf. Onom. sacr.* 41, 6.

Beto *βαίνω* (beteo *cod.*) II 255, 26. **betere** ire V 638, 38 (= *Non.* 77, 17). **betere** uade, proficiscere IV 211, 12. **baesis** *πϱοσέλϑῃς* II 27, 55 (baetis *c* = *Scaliger: nisi potius* bae⟨ta⟩ris *subest.* baete sis *Schoell. Cf. Loewe GL. N. p.* 198 *sqq. V.* bitit.

Bettonica *v.* uettonica.

Bialcis nomen gigantis IV 211, 33; V 271, 43. Bisaltes *vel* Ephialtes *Warren 'on latin gloss.' p.* 193. Briareus *H.*

Bianor animo et corpore fortis V 348, 9; 402, 72. *Cf. Serv. in Ecl.* IX 60.

Bibator *v.* bibulus.

Bibax *πότης* (uiuex *cod. corr. ae*) II 414, 48. bibens II 570, 11.

Bibebat amorem cupiebat (cap.?) amorem IV 592, 5 (= *Verg. Aen.* I 749).

Bibens *πίνων* III 401, 10.

Biberes potiones V 412, 36 (*reg. Bened.* 35, 18): *cf. Ducange.*

Bibile *πότιμον* (uibile) II 414, 52.

Bibinare, bibinarium, bibino *v.* bu-.

Bibitor potator IV 592, 4; V 591, 72.

Bibli libri IV 601, 2. *V.* bibliopola.

Bibliographus librorum scriptor III 490, 57; 511, 23. scripturis III 511, 49 (*an* scriptorius?). *V.* librarius.

Bibliopola qui codices uendit III 511, 53; IV 25, 29; 211, 30; 488, 38; 586, 3; V 172, 23; 271, 29; 348, 46. qui codices uenundat IV 313, 51; 592, 6. qui biblos uendit V 403, 3. librarius III 511, 8 (bibliopolus); IV 601, 4. **bibliopolas** antea nominatos quos nunc librarios dicimus; librum enim Graeci biblum uocant V 172, 24. *V.* librarius.

Bibliotheca βιβλιοθήκη II 257, 36. librorum repositio IV 25, 26; V 402, 59. repositio librorum IV 601, 3. reconditorium librorum V 412, 34 (*reg. Bened.* 48, 28). librorum reconditio III 511, 9. ubi libri conduntur IV 313, 52; 592, 7. libro⟨rum⟩ positio (rep. *c*) uel ubi libri conduntur IV 488, 35. ubi libri reconduntur IV 211, 29. ubi omnes codices uel libri reconduntur IV 586, 2. ubi omnium auctorum scripta rediguntur IV 407, 14; 595, 26. ubi libri custodiuntur V 271, 20. *Cf. Isid.* VI 3, 1; XVIII 9, 3; XV 5, 5.

Bibliothecarius (*pro quo aliquoties* bibliothic. *legitur*) qui codices seruat IV 488, 37. qui codices secat IV 313, 53; 592, 8; V 348, 48; 403, 5 (bibliothecarix *his duobus locis codd. h. e.* bibliothecaris); 593, 8. qui codices resecat (*h. e.* reseruat) IV 25, 28; 211, 39; 586, 1; V 271, 23. qui codices recensat (recenset *m. 3 codicis Palat., unde Mai* VII 552) V 172, 25 (*scr.* reseruat). *Cf. Loewe Prodr.* 72, *Klussmann, 'Emend. Fronton.' in Corrig.*

Biblium codicem, librum *lib. gloss.* (*unde Mai* VII 552).

Bibo πίνω III 3, 53; 153, 15; 339, 51; 440, 29; 502, 13. πίνω ἐπὶ ποτοῦ II 408, 4. **bibis** πίνεις III 3, 54 (bibes). **bibit** πίνει II 29, 27; III 3, 55 (bibet). **bibe** πίε III 15, 12; 87, 60; 153, 16; 184, 26; 339, 52; 440, 30; 502, 25. **bibite** πίετε III 3, 57 (bibete); 4, 5 (πιεται bibetis). **bibamus** πίωμεν III 4, 4. **bibant** πίνωσιν III 3, 56. **bibere** πίνειν II 29, 26; III 364, 52. πεῖν III 15, 11; 87, 59; 315, 25 (cf. III 514, 69). πιεῖν III 184, 25. sumere, implere IV 402, 23. **bibebam** ἔπινον III 3, 58. **bibebas** ἔπινες III 3, 59. **bibebat** ἔπινε III 3, 60. inbibebat, percipiebat V 172, 19. **bibebamus** ἐπίνομεν III 3, 61. **bibebant** πεπώκεσαν III 4, 3. **bibent** πίονται III 4, 6. **bibi** ἔπια III 401, 11. **bibisti** ἔπιες III 364, 40; 398, 26. **bibimus** ἐπίομεν III 401, 12. **biberam** πεπώκειν III 3, 62. **biberas** πεπώκεις III 4, 1. **biberat** πεπώκει II 30, 15; III 4, 2. *V.* bibebat amorem.

Bibones (bibrones *cod.*) οἱ οἰνοπώνωκες III 258, 34 (*unde?*).

Bibonius πολυπότης II 29, 29.

Bibuita billeru V 403, 24 (*obscura*).

Bibulus bibitor IV 25, 31; V 348, 47. ualde bibitor IV 211, 31 (beuitur *vel* bibitur). bibitor, qui multum bibit IV 314, 1; 592, 11. bibator V 403, 4. bibator uel multum bibens V 271, 28. qui sanguinem bibit (bibolis) V 492, 56. **bibulum** ebriosum II 29, 32 (*Horat. ep.* I 14, 34). **bibula** ποτᾶσῆ ἀναβάλλουσα (*ubi* ποτὰς ἢ ἀναβάλλουσα *Salmas. ad Plin. p.* 1030. πότης ἢ *marg. cod. Leid. Scal.* 25 I. πότις ἢ *margo ed. Steph. bibl. nat. Paris.* X 942. ποτά, γῆ *margo ed. Steph. Leid.* 764 B 8) II 29, 33. **bibula** papyrus dicta eo, quod humorem bibat. Lucanus: conficitur bibola Memfidis carta papiro V 172, 26 (IV 136: *cf. Isid.* VI 10, 1). **bibola** papirum III 511, 56; IV 601, 5. sicca V 563, 16. **bibulam** humoris auid[it]am IV 25, 58.

Bibuscus *v.* beluus.

Bicapites *v.* biceps.

Bicapitus *v.* biceps.

Bicellium quasi duas habet cellas IV 211, 38. *V.* biclinium.

Biceps δικέφαλος II 29, 51; 30, 30; 277, 35. δίκρανος ὁ δύο κεφαλὰς ἔχων II 277, 41. διφυής II 279, 22. duorum capitum IV 211, 34; 488, 51; 586, 5; 601, 7; V 271, 30. duo capita habens V 347, 36; 402, 62; 443, 7 (bicaptus). qui duos dentes habet V 347, 59; 402, 65 (*v.* bidens). bis acutus IV 25, 33; V 443, 17; 443, 16 (biciptis). dua capita siue bis acutum IV 592, 12. dua capita uel duorum capitum IV 314, 2. bicapitis V 172, 30. bicapitus seu serpens V 443, 8 (*contam.?*). **bicipiti** duplici IV 211, 35; 488, 50; 586, 6. **bicipitis** (*vel* bicipiti) bis acuti IV 25, 32; 592, 13. bis acuti siue duplicati IV 601, 8. **bicapites** δικέφαλοι II 29, 45.

Bicerra (*h. e.* = bicirra) **uestis** guffa V 172, 31. **bigera uestis** gufa uel uillata *lib. gloss.* (id est u.); V 613, 5. **bicerra uestis** rufa (*quod multi probant*) IV 26, 8. *Cf. Diez* I goffo. 'Bicerro sermone' *Virgil. Gramm. p.* 8, 13 *ed. Huemer. V. tamen* birrica, bigerrica.

Bicerres (*h. e.* = bicirres) δίμαλλοι, δίκροσσοι II 29,41. *Cf.* biuilles, bigerrica.

Biclinium quasi bicellium, id est duae cellae (*vel* cellulae) IV 25, 39; V 172, 32 (cellulae). quasi bicellium, hoc est duae cellulae IV 592, 15. quasi bisellium (*recte?*), duae cellulae IV 488, 42. quasi bicellium IV 314, 3; V 271, 31; 348, 50; 403, 7. duas habet cellas IV 211, 37.

Bicoca (?) haebrebletae (*AS.*) V 347, 2; V 402, 54 (*nomen avis, velut 'Rohrdommel'*). *Cf. Wright-Wuelcker p.* 116,41 *V.* bitorius

Bicolor δίχρωτος, δίχρωμος, II 29, 40 (*non recte* dicolor *corr. m.* 1). duobus coloribus IV 592, 16.

Bicornis δικέρατος II 277, 34.

Bicoxum δίμηρον II 29, 39 (*ubi* bicoxis *Vulcanius*).

Bicus *v.* uicus.

Bidella id est sangisuga III 553, 38. **bidellia** id est sanguisuca III 619, 15. **bidellae** id est sanguisugiae III 536, 55. id est sanguisucas III 617, 54. **b⟨d⟩ella** sanguisuga III 490, 50. *V.* sanguisuga.

Bidellium arbor V 347, 9; 402, 56.

Gnauus fortis, agilis *acd post* IV 81, 14; IV 83, 37; 242, 23; 521, 33; 587, 31; 605, 47; V 298, 55 (*cf. GR. L.* VII 302, 26). strenuus, solers IV 83, 38. istrenuus, solers V 205, 39. sapiens, strenuus, agilis IV 347, 23. sapiens uel strenuus IV 605, 31. fortis, sapiens, strenuus IV 605, 46. fortis, sapiens, strenuus, agilis IV 598, 6. *V.* nauus.

Gnefonsum (gnet. *cod. corr. dgh*) ἀμαυρόν, σκοτεινόν II 35, 11. *Cf. Festus Pauli p.* 95, 12.

Gnomon linea qua fabricalis opera dirigitur IV 603, 38 (genemon *cod. cf.* nemon *Hispan.*). umbilicus V 502, 46; 522, 28. horologii (orolei *codd.*) genus V 364, 12. genus horologi IV 605, 48 (prologi).

Gnoritur cognitum siue compertum est *Plac.* V 24, 27 = V 72, 9 = V 106, 31 (*ubi* gnotum *cum Papia Deuerl. Arch.* II 629, gnaritur *O. Mueller*).

Gnoscet sentiet, experietur *Plac.* V 24, 26 = V 72, 10 = V 106, 30 (sciet). *Cf. GR. L.* I 383, 17; II 48, 17. *V.* nosco.

Gnosia terra IV 242, 37 (*cf. Verg. Aen.* VI 23).

Gnosius Cretensis V 278, 65. **Gnosia** Cretensia IV 605, 49. Cretensia, unde et Gnosos ciuitas Cretae V 552, 26 (*Verg. Aen.* III 115; V 306; *cf. Serv.*).

Gnosochomium *v.* nosocomium.

Gnostici genus haeresis IV 522, 52. **gnoste** genus haeresis V 298, 53.

Gnot *v.* nosco.

Gnotum *v.* notus, gnoritur.

Gobio κωβιὸς ὁ ἰχθύς II 357, 25. κωβιός III 17, 24; 318, 3; 356, 4; 407, 34; 497, 68; 526, 51. γωβιός III 89, 43; 355, 33; 396, 42. **cobius** κωβιός III 186, 37; 256, 47. **gobios** piscis, nonnumquam gobio legitur V 569, 43 (*GR. L.* VII 106, 7; 274, 1). **cobii** κωβιοί III 436, 68. *Adde* **cubius** κουβιὸς ὁ ἰχθύς II 354, 17. **cubi[l]lum** κωβιός III 318, 22; 526, 54. *V.* cubio.

Golaia χελώνη III 189, 60. id est galapago marino siue riano (? marina siue terrena *Buech.*) III 589, 34. id est galapoco ma (*sequitur* grinos siue fino-[creta]) III 564, 15/16. *V.* testudo. *Cf. Loewe Prodr.* 417, *Landgraf Arch.* IX 434, *Roensch Nov. Ann.* CXVII 799.

Goma *v.* comma.

Gomer Galatae quae et Galli IV 598, 9 (*cf. Isid.* IX 2, 26; *Eucher. instr. p.* 150, 2).

Gomer galaad aceruus testis V 363, 7 (*ubi post* gomer *interpretamentum intercidit,* consummata ac perfecta *interpret. cod. Epin.*; galaad *lemma est: cf. Roensch Mus. Rh.* XXXI 460; *AHD. GL.* II 241, 60; *Onom. sacra* 7, 4). *V.* gymnasium.

Gomiae gulosi V 642, 10 (*Non.* 117, 29).

Gomor mensurae modus IV 347, 26. **gomer** mensurae modus paulo minus a quinque sestariis IV 598, 10 (= *Eucher. instr. p.* 159, 12).

Gonger *v.* congrus.

Gonorrhoea quae sine uoluntate defluunt sperma⟨ta⟩ III 601, 29.

Gordien (!) Phrygiae ciuitas III 512, 53. ciuitas Phrygiae III 513, 28 (*Oros.* III 16, 5).

Gorgo aduerbialis interpositio, ut porro, prorsus, nimirum *Plac.* V 24, 22 (gorgos) = V 72, 11 = V 106, 32 (*cf. Festus Pauli p.* 37, 6). aduerbium est: idem porro, prorsus, nimirum V 569, 44. **goreo** ἀναμφιβόλως II 36, 51; 34, 47. *Cf.* **gorgi** ἀναμφίβολοι II 34, 48; 36, 52 (*v. Birt Mus. Rhen.* XL *p.* 554).

Gorgon Γοργώ III 237, 27. **Gurgas** (= Gorgus) Γοργόνος II 34, 39. **Gorgoni** nomen bestiae V 459, 4. **Gorgones** Phorci filiae (*codd.* filii) IV 444, 4 (*Verg. Aen.* VI 289: *cf. Serv.*); 598, 12.

Gorgone saeua cuius caput cohaeret pectori Mineruae IV 444, 3; 598, 11 (*Verg. Aen.* II 616).

Gorgonias artes meretricias, quia Gorgones tres sorores meretrices fuerunt quae aspicientes uertebant in lapides, id est a rationabilitate in amorem inrationabilem permutabant II *p.* XII.

Gorgos agili[ci]s graece, **bene gorgonius** (?) agilissimus V 106, 33. *V.* agilis.

Goridus *v.* gelidus.

Gorpeios (Γορπιαῖος) Nouember mensis *Pap.* *V.* menses.

Gorriones cum errore sonantes *Scal.* V 614, 33 (horrisonos *et* horrore?).

Gor⟨u⟩thus pharetra IV 241, 41 (*Serv. in Aen.* X 169). **grostus** (*vel* grostrus) pharetra, domus sagittarum V 502, 57. pharetra IV 589, 9. **goruthum** βελοθήκη II 36, 53. λοηκη (= βελοθήκη *Vulc.*, *h*; λόκκη *g*) II 34, 45. *V.* coryti.

Gothi Scotti V 502, 48. *Cf. schol. Iuv.* IV 147 *Höhler.* *V.* Geta.

Grabataris κλινοποιός III 367, 28.

Grabattus σκίμπους III 321, 7. *V.* instita.

Grabra *v.* crabro.

Grace ('*cf.* γράσος' *Buech.*) foede IV 587, 16; V 502, 50 (fide). foede, olide, putide V 502, 53.

Gracilenti (clailenti *cod.*) graciles V 449, 2 (cracentes *H.*).

Gracilis λεπτός II 359, 42; III 13, 42; 86, 54. ἰσχνός II 333, 40; III 147, 13; 252, 52. λεπτακινής II 34, 49; III 181, 4. leptacinis id est **gracilis** uel liptocinus idem est III 567, 60. **gracilis** καθαρός (?) III 180, 36. tenuis, subtilis, tener IV 347, 28; 598, 14. smal (*vel rectius* smael, *AS.*) V 363, 29. gragentes (*h. e.* cracentes) IV 347, 27; 598, 13. *V.* cracentes, gregalis.

Gracilitudo gracilitas V 641, 78 (*Non.* 116, 2).

Gracula κολοιός III 450, 1; 477, 51.

Graculus κολοιὸς ὄρνεον II 34, 51. κολοιός II 352, 33. **graulus** κολοιός II 35, 52 (*corr. c*); III 17, 42. **gragulus** κολοιός III 89, 69; 188, 32; 258, 15; 319, 19; 360, 50. **grallus** κολοιός III 435, 51. hrooc (*AS.*) V 363, 18. *V.* garrulus.

Gradatim -βάδην II 255, 13. βαθμηδόν, κατὰ βαθμόν II 34, 50. βαθμηδόν II 255, 18. a partibus IV 84, 9. paulatim IV 242, 6; 521, 16; 587, 25; 598, 19. ordinate uel sensim siue paulatim IV 605, 11. *V.* certatim.

Gradatio κλῖμαξ III 498, 51.

Gradibunda *v.* gredinunda.

Gradior βαδίζω II 255, 15. **graditur** βαίνει, βαδίζει II 34, 52. ambulat IV 83, 50; 84, 18 (*Verg. Aen.* III 664); 242, 7; 412, 12; 587, 27. incedit, ambulat IV 521, 41. ambulat, incedit IV 605, 10. ambulat, incedit, uadit IV 598, 16. **greditur** discedit IV 412, 16; 599, 11; *a post* 605, 32 (egr.?). **gressit** (!) incessit IV 605, 38.

Gradiuumque patrem Martem dicit (*Verg. Aen.* III 35: *cf. Serv.*) IV 444, 7; 598, 21. **Gradiuum patrem** Martem. dictus **Gradiuus** quod in gradu stet V 205, 40.

Gradiuus Ἄρης II 244, 28. τακτικός, Ἄρης II 34, 54.

Gradum grandis *v.* grandis.

Gradus βαθμός, βῆμα II 34, 53. βαθμός II 35, 14 (βαθμόν); 255, 19; 534, 59; III 269, 7; 302, 59; 372, 11; 469, 46; 490, 36; 510, 64. **gradum** incessum uel ordinem IV 598, 20; 605, 12. **gradu** ordine IV 605, 13. **gradu suo** honore priuato V 413, 41 (*de regulis*). **gradus** βαθμοί III 11, 5; 84, 38; 173, 14; 240, 40. **gradi** βαθμοί III 190, 64; 302, 60; 510, 65. **gradibus** per grados (*vel* -dus) IV 598, 15. *V.* transuerso gradu.

Graecanicum (*sc.* uinum) Βιθυνόν III 87, 72; 315, 52; 364, 66; 511, 31; 51 *V.* Argolica.

Graecatio ἑλληνισμός II 295, 30; 494, 70. **Graece** ἑλληνιστί III 492, 64; 515, 48. **et graece** καὶ ἑλληνιστί III 405, 42. **graece uero** ἑλληνιστὶ δέ II 490, 59; 496, 17; 499, 39; 502, 28. **graece autem** ἑλληνιστὶ δέ II 487, 6; 492, 29.

Graecia Ἑλλάς (singulariter tantum declinabitur) II 295, 24 (*cf. GR. L.* I 32, 5). Ἑλλάς II 34, 55; III 469, 48.

Graecisco (*scr.* graecisso) ἑλληνίζω II 295, 31. **graeciscat** ἑλληνίζει II 34, 56 (*ubi* graeciss- *Vulc., Loewe Prodr.* 268). **graecissat** Graecos imitatur *gloss. Sal. Cf. Plaut. Men.* 11, 12.

Graeculatio βαρβαρισμός II 255, 53; 494, 71.

Graeculus diminutiuus(!) IV 412, 13; 599, 14.

Graecus Ἕλλην II 34, 57; 35, 23; 295, 28; III 469, 47. Ἑλληνικός III 198, 59. Ἕλλην καὶ Ἑλληνικός III 274, 57. argutus (Argiuus?), Dardanus (Danaus?) V 459, 9. **Graecum** Ἑλληνικόν III 25, 8. **Graeci** Danai III 491, 53. Grai III 512, 3. Thessali uel Grai III 512, 2 (*cf. Serv. in Aen.* II 4). **Graeci** habent pronuntiationem in palato, Hebraei in gutture, Latini in labiis V 619, 47 (*cf. Is.* IX 1, 8). **Graecorum** Γραικῶν III 421, 13. **Graecos** Ἀχαιούς (archos *cod.* Ἀργείους?) III 510, 35. *V.* nux graeca.

Grafiarium γραφιοθήκη II 265, 12; 503, 63. **grafarium** uagina graphi⟨i⟩ II 581, 41. *V.* theca graph.

Grafio, nis uel causidicus est aduocatus V 619, 46 (= *Graf*). *V.* actionarius.

Grafium γραφεῖον III 23, 26; 71, 38 = 638, 6; 377, 69; 380, 40. stilum IV 347, 30. baculum studentis IV 412, 14. stilum uel baculum studentis IV 598, 22. **graphium** graece, latine scriptorium dicitur: nam graphia scriptura est IV 587, 32. *Cf. Isid.* VI 9, 2. *V.* stilus.

Graia Graecia IV 347, 31; 598, 24; 605, 14 (graeca?).

Graias per urbes per Graeciae (grecias *vel* grecięs *codd.*) ciuitates IV 598, 18 (*Verg. Aen.* III 295).

Graius Graecus [uel recus] IV 347, 32. **Grai** Graeci, Danai, Achiui IV 444, 8 (*Verg. Aen.* I 467); 598, 23. Graeci IV 347, 29; 521, 42; 605, 15; V 106, 35. **Graiae** graecae, [in]molestae (*ubi* in Molossia *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 125: *v.* grauiter) IV 84, 5. **Graiorum** Graecorum V 299, 14. **Grados** Graecos IV 83, 42 (*Verg. Aen.* II 148).

Grallatores (grull. *cod. corr. a*) Πανικὰ φοροῦντες II 36, 3.

⟨**Grallis**⟩ perticis (parcitis *R*), ad quas cruribus colligatis ambulantes grallatores (grauatores *libri boni.* grallatores *cod. Hamb., margo cod. Vat.* 3441 *et Angel.*) dicuntur *Plac.* V 24, 23 = V 72, 6 = V 106, 29 (grallis ligneis *suppl. Deuerling. glossa coaluit cum ea quae incipit a* gnaricationum). *Cf. Varro de l. l.* VII 69; *Festus Pauli p.* 97, 12.

Grallus *v.* graculus.

Grama λήμη II 35, 1 (*cf. Buecheler Mus. Rhen.* XXXV *p.* 73). **gramis** gremis (glemis *Nettleship 'Contr.'* 469), quae sunt pituitae oculorum *Plac.* V 24, 20 = V 72, 12 = V 107, 8. *V.* gramiae, glama, pinguitudo.

Grambas *v.* grauitas.

Gramen πόα, βοτάνις (βοτάνη *e*) II 35, 15. χλόη II 477, 30. βοτάνη II 258, 54; 530, 34. ἄγρωστις II 35, 16; 217, 38; 506, 32; 553, 53; III 27, 28; 200, 2; 261, 34; 429, 55 (αγροστη); 535, 25; 536, 28; 549, 32; 580, 21; 617, 33. ἄγρωστις, βοτάνη II 547, 35. amasatis III 552, 49 (amaxitis *Pseudap.* LXXVII. *cf. Diosc.* IV 30). amesistis III 552, 15. egigon (aegicon *Pseudap.*) III 561, 13. egicon III 562, 40. geniculata III 564, 25. iscopiem (?) III 566, 2. iual (iebal *Diosc.*) III 565, 67. paracia III 573, 13 (aparia *Pseudap.*). dacipartia (Daci cotiatam *Diosc.*) III 559, 52. ⟨a⟩ssefol[l]ium III 552, 17. herba quaedam II 581, 49. genus herbae IV 242, 14; 587, 18. herba IV 521, 35; V 299, 1 (*Serv. in Aen.* XII 119; 415). herbae radix, fenum IV 605, 17. radix herbae inutilis IV 598, 29. quicae (*vel* quiquae, *AS.*) V 363, 10. **gramina** herba uel fena uiridissima IV 83, 49 (*Verg. Aen.* XII 415: *cf. Serv.*). genus intra bile (herbae genus inutile?) V 502, 54.

Gramiae pituitae V 642, 22 (*Non.* 119, 14). *Cf. Festus Pauli p.* 96, 14.

Gramina arida IV 521, 36; 598, 30; 605, 16; V 299, 2; 364, 16. *V.* gremia *sub* cremium.

Graminarium *v.* granarium.

Gramineo ripae aggere in prato V 205, 41 (*Verg. Aen.* VII 106).

Gramineus χλοώδης II 477, 31; III 265, 30.

Gramma littera IV 242, 3; 587, 19. littera dicitur IV 521, 13; 598, 26.

Grammateus litteratus IV 598, 27. grammaticus V 417, 5 (*de verb. interpr.* = *Hieron. in Matth.* 8, 19. 20). **grammetus** qui per paginas legere potest V 569, 35 (*v.* grammatus).

Grammatica litteralis V 362, 43. **grammaticae** γραμματικῆς III 328, 2.

Grammaticus γραμματικός II 264, 54; III 24, 39; 198, 61; 328, 3; 375, 51. doctor liberalium litterarum IV 84, 1; 521, 14. scolasticus uel litteratus IV 598, 28.

Grammatus qui initium sumit legendi V 569, 35 (*v.* grammateus).

Grammosus *v.* oculi gr.

Grana amonia (taminia *Stadler ex Plin.* XXIII 17) id est σταφὶς ἀγρία III 539, 27. **grana adminia** σταφὶς ἀγρία III 564, 7. *Cf.* σταφὶς ἀγρία id est fisagria (= stafis agria?) III 577, 16.

Grana herbae pentaphyllae ἰσταφὶς ἀγρία III 539, 62.

Granarium σιτοβολών, ὀσπριοθήκη II 35, 26. σιτοβόλιον II 432, 13. σιτοβολών II 526, 30; 543, 59; III 27, 14 (gramin.); 299, 75; 355, 18; 356, 30; 76; 396, 67; 407, 35; 503, 46. ubi triticum colligitur tritum II 581, 39.

Granata ῥοά III 15, 55; 191, 49. purumala (punica m.) III 572, 24. pinicu (= punica) III 572, 25. ῥοαί III 88, 19. grana II 581, 38. *V.* malum granatum, alia.

Grana uuarum ῥᾶγες III 265, 13 (*novicia? cf.* granum).

Grandaeuus γηραλέος II 263, 11; III 249, 45. γεραιός II 262, 51. πρεσβύτης II 415, 28. senis (*vel* senex) IV 242, 4. senex uel longae aetatis IV 587, 20. senex longa aetate IV 605, 18. ualde senex V 298, 61. grandis senex aut senior IV 521, 24. grandis senex uel longa aetas IV 598, 32. longaeuus, senex IV 444, 9 (*Verg. Aen.* I 121). longaeuus, senior, anticus aut senes (= senex) IV 83, 43. *Cf. Isid.* X 113. *V.* grandellus, grandis.

Grandellus γέρων, πολυετής II 35, 19 (*ubi* grandeuus *a e*, grauistellus *c d*).

Grandia μεγάλευρα (?) III 183, 33 (μεγαλευτά III 254, 58). *'scil.* farra ἄλευρα' *Buech.*

Grandias offas carnis V 600, 67; 635, 5 (glandia *Loewe GL. N.* 155).

Grandicule (*scr.* grandicula) nobilis (= nub.) V 534, 40 (*Ter. Andr.* 814, *ubi* grandicula *Fleckeisenus obloquente Hauléro Arch.* V 294, grandiuscula *libri*).

Grandiloqui eloquentes V 641, 77 (*Non.* 115, 24).

Grandinatum χαλαζωθέν II 35, 29.

Grandi natus ex nobili natus IV 605, 19. **grande natus** ex nobile natus IV 83, 45. **grandi natu** ex nobile natus V 299, 8. **grande natu** ex nobile natu (*vel* natus) IV 242, 8. **grande natu** ex nobili natu IV 587, 29.

Grandino χαλαζοκοπῶ II 474, 40. **grandinat** χαλαζοκοπεῖ II 35, 28. χαραζοκοπεῖ (!) III 425, 65. συρρήγνυται ἡ χάλαζα III 244, 67.

Grandinos *v.* grauidinosus.

Grandiora carpenta βαρύτεραι ἅμαξαι (διαμιζοι *m.* 1) III 481, 46.

Grandire grande facere V 641, 74 (*Non.* 115, 1).

Grandis μέγας II 35, 13; 366, 16; III 469, 49. ἁδρός II 219, 1 (grandia *cod. corr. e*). magnus, uastus IV 347, 34; 598, 33. βαρεῖα II 255, 55. μεγάλη II 365, 46. **grande** μέγα II 365, 44. βαρύ II 256, 2. κητώες III 424, 68. στιβαρόν II 35, 27; 437, 56. **grandia** magna, ampla IV 347, 33; 598, 31; 605, 21. *Cf.* **gradum** grandis alibi graderis V 635, 4 = **grandum** (?) grandis, alibi gradeius IV 84, 13 (*ubi* grandem grandis aeui *et* gradiuus *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 125: *nisi potius* alibi grandaeuus *ad lemma corruptum spectat. V.* haud grandis).

Grandis natu parens, senex V 299, 13.

Granditatem maiorem aetatem V 641, 75 (*Non.* 115, 13).

Granditer uehementer IV 598, 34. nimie, ubertim, uehementer IV 605, 20.

Grando χάλαζα II 35, 32 (*cf.* II 474, 39); III 9, 48; 244, 66; 294, 18; 425, 64; 450, 2; 491, 7; 496, 59; 524, 49. χάλαζα scûr (*palaeotheod.*) III 169, 11. a rusticis calamitas appellatur, unde et Terentius (*Eun.* 79): sed ecce ipse greditur nostri fundi calamitas V 205, 42 (*ubi* ecca ipsa egreditur *libri Ter.*). *Cf.* **grando grandium** χαλαζῶ II 474, 39 (*ubi aut* χάλαζα *aut* grandino *corrigendum*). *V.* grandino.

Grandula χοιρὰς ἵππου II 477, 42 (= glandula, *ut Pelag.* 59, 70).

Granea colymbas, κολυμβὰς ἡ ἐλάα II 352, 38. **craniae** κολλυβα (?) III 429, 73.

Graneo *v.* ganeo.

Granillum tittiri, γίγαρτον III 27, 12.

Granistum id est lauaris III 564, 67 (*v.* laber *et Plin.* XXVI 50).

Granitum κοκκωτόν χαλαζον ενοχον II 35, 20 (*ubi* granatum *a.* χαλαζῶδες ἔνορχον *c.* χαλάζαις ἔνοχον *h*; χαλάζον, ἐνώτιον *Vulc.* χαλαζῶν ἔνοχον *Buech.*).

Granum κόκκος II 35, 25; 351, 66; 500, 27; 526, 31; III 193, 38; 266, 51; 274, 4; 356, 77; 427, 70; 469, 50; 497, 66. κόκκος σίτου II 351, 67. σιτών III 261, 60 (*unde?*). **grano** κόκκου III 620, 31. **grana** ῥῶγες III 357, 53. κόκκοι II 35, 21. κόκκους III 556, 19. *Cf. Varro de l. l.* V 105 (*ubi* κόκκον *pro* κροκεν *scribendum*). *V.* grana uuarum.

Graph — *v.* graf —.

Graphice (graf.) picturate (picturarae *codd.*) IV 84, 14 (*Apul. Met.* X 31?).

Grappus σκελλός II 35, 24. *V.* cloppus. *Cf. Roensch Coll. p.* 137.

Gras *v.* cras.

Grasippus(?) sensu grauatus II 581, 45 (crassiuus?).

Grass- *v.* crass-.

Grassa βάδισμα, βῆμα II 35, 35. *V.* gressus.

Grassatio λωποδυσία II 363, 42.

Grassator λωποδύτης II 35, 39; 363, 43; III 372, 78; 450, 4; 475, 13. mortuos exspolians (*male versum*) II 581, 47. latro, praedator IV 84, 6; 347, 35; 521, 29; V 548, 14. latro, praedator, uastator, ⟨qui⟩ crudeliter saeuit, inpugnat uel impetu[m] festinationis aliquid male (mali?) committit, quasi ⟨a⟩ gradiendo IV 598, 35. qui quasi impetu[m] festinationis aliquid committit mali, quasi a gradiendo IV 347, 36. inuasor, latro, praedator IV 587, 24 (dicitur latro ab eo quod est impetu gradiens, quo feratur in aliquem: est enim frequentatiuum ab eo quod est gradior. quod Sallustius manifestius exponit (*Iug.* 1): qui ubique uirtutis uia grassatur, id est incedit *c d*). praedo, uastator IV 347, 37. praedo, uastator, homicida IV 83, 41; 521, 30. crudeliter saeuit (*v. supra*) IV 347, 38. latro, praedator, uastator V 299, 4. inuasor IV 242, 17. latro V 363, 35. latro, depraedator V 206, 3. ferhergend (*AS.*) V 363, 13. **crassator** depraedator, ergo grassatur depraedatur V 186, 11. **grassatores** latrones, inuasores V 459, 7. *Cf. Festus Pauli p.* 97, 10.

Grassatura λωποδυσία II 363, 42. **crassatura** ληστεία II 360, 32.

Grassor ληστεύω III 76, 60. bacchor, insanio V 495, 52. **grassatur** λωποδυτεῖ II 35, 37. **grassari** ἐπέρχεσθαι III 450, 3; 481, 51. ἐπερείδεσθαι, βαδίζει⟨ν⟩ II 35, 33. ὀξυποδεῖν II 35, 38. **grassare** (*vel* -i) inuadere, praedare IV 242, 5; 587, 23. inuadere, perpetrare IV 521, 28. humiliare, ferire, caedere V 299, 17. **grassabantur** latrocinabantur IV 83, 53; 521, 31 (*ita vel* latrocinabant); V 206, 2. *V.* grassator.

Grassus συβολως (σίμβλος *e*) καὶ διωγμός II 35, 44. **grasses** συμβολος II 35, 34: *confusae sunt* grates σίμβλος *et* grassus = gressus διωγμός (grassatus?).

Grassus *v.* crassus, grossus.

Gratantium gratulantium IV 84, 7; V 206, 4.

Grate gratiose IV 605, 24. *V.* gratus.

Grates χάριτες II 35, 22; 49. (singularia non habet) χάριτες ἐν πράγματι II 475, 46 (*v.* gratia). gratias IV 83, 47 (*Verg. Aen.* I 600); 347, 40. gratias uel cellae apium (*h. e.* crates) uel gratiae IV 598, 39. cellae apium et gratiae V 364, 18. cellulae apium et gratiae V 299, 16.

Grates duae (*ita PR.* duo *G*) sunt: gratiae quae aguntur: sed tamen indiscrete (*vel* -o) ponitur *Plac.* V 24, 2 = V 72, 12 = V 106, 34 (*ubi* Gratiae deae sunt, grates quae aguntur *Deuerling*, grates quae referuntur, gratiae quae aguntur *Loewe GL. N.* 93. *Cf. GR. L.* I 328, 4).

Gratia χάρις II 35, 42; 475, 42; 534, 60; III 164, 11; 407, 23; 424, 25. donum IV 84, 15; 242, 1; 587, 15. quod gratis fit, utrum bene an male uel donum IV 598, 41 (*cf. Serv. in Aen.* II 537; *GR. L.* VII 119, 15). **gratiam** χάριν II 475, 41. χάριταν(!) III 96, 24. **gratiae** (singularia non habet) χάριτες αἱ ἐν γραφῇ II 475, 47 (*GR. L.* I 33, 13; *v.* grates). **Gratiae deae** Χάριτες θεαί II 35, 48. **gratiae** χάριτες II 35, 47; III 7, 23; 9, 8; 168, 23; 291, 48; 524, 34. **gratias** εὐχαριστίας (eucharistes *codd.*) III 407, 24. **gratis** δωρεὰς ἀντὶ τοῦ δῶρον II 282, 47. δωρεάς III 135, 35. εἰς μάτην II 287, 15. gratia IV 521, 12. gratia, inpensa, sine merito IV 242, 15. gratia, sine opere, indebita (-e?) IV 521, 11. sponte uel gratia, sine causa IV 605, 22. gratia, impensa, sine merito, id est sine aliqua repensatione IV 587, 14 (illud enim gratuitum dicimus quod non alicuius rei compensatione tribuitur *add. c d*). gratia quod gratis fit, utrum bene an male V 459, 8 (*v. supra*). gratiae indebiti (-ae?), seu (sine?) opere IV 598, 50. *V.* grates, uerbi gratia, dicis gratia, ineo gratiam.

Gratiam delicti facias V 662, 14 (*GR. L.* VII 427, 24).

Gratiarum actio εὐχαριστία II 320, 26.

Gratias ago εὐχαριστῶ II 320, 29; III 136, 63; 340, 74; 450, 5. **gratias agit** εὐχαριστεῖ II 35, 45; III 136, 64. **gratias agimus** εὐχαριστῶ III 341, 6. εὐχαριστοῦμεν III 139, 13.

Gratias confiteor χάριτας ὁμολογῶ III 109, 3/4 = 639, 2.

Gratias tibi ago χάριτάς σοι ὁμολογῶ III 213, 5 = 229, 3 = 649, 5.

Gratiator *v.* arbiter (*Loewe Prodr.* 410).

Graticula *v.* craticula.

Gratificatio εὐχαριστία II 320, 26. bona gratia (*male versum*) II 581, 46. beneficium IV 347, 41; 598, 40.

Gratificor προσχαρίζομαι II 423, 39. **gratifico** χαρίζομαι II 475, 37. χαροποιῶ II 475, 49. **gratificatur** largitur IV 83, 46. qui gratiam praestat IV 605, 27. gratiam praestat IV 84, 2; V 299, 7. gratiam praestat aut largitur IV 521, 9. **gratificat** largitur IV 598, 42.

gratificare gratum facere V 642, 18 (*Non.* 118, 20).

Gratificus εὐχάριστος II 320, 27. **gratificam** (gratificum *R*) gratam (gratiam *GP*. gratum *R*). **gratificus** enim est (est enim *R*) gratis faciens *Plac.* V 24, 8 = V 72, 13 = V 107, 4. **gratificus** gratis faciens IV 242, 20; 587, 28. ab eo quod gratis faciat bonum IV 598, 49 (*cf. Isid.* X 113).

Gratiosus εὔχαρις II 320, 25. χαρίεις II 475, 40. εὐχάριστος III 331, 65, 493, 66; 519, 51; 52. amabilis II 581, 44. qui non iuste unicuique quod meretur tribuit *Plac.* V 24, 9 = V 72, 14 = V 107, 5 (qui non *om.*). quod plus unicuique quam meretur tribuit IV 598, 48 (*Isid.* X 113). gratus uel bellus, multorum amicorum amicus IV 347, 43; 598, 45. [ampli generis *ad* 15 *spectat*] V 642, 16. magnae gratiae V 642, 17 (*Non.* 118, 18)

Grato ἡδέως II 35, 51.

Grator gratulor V 502, 51. **gratatur** χαίρει II 35, 43. gratulatur IV 83, 52 (*Verg. Aen.* V 40?); 242, 16; 347, 39; 521, 8 (*vel* gratulat); 587, 21; 598, 17; 38; 605, 25; V 206, 5. **gratat** gratulat (*vel* gratulatur) V 298, 60; 364, 17 (*cf. Serv. in Aen.* IV 478). *Cf.* **gratior** gratias ago *cod. Bern. A* 91, 18 (*Loewe Prodr.* 160).

Grattis (?) gruis (gyrus?) [uel] orbis circulus V 298, 59 (gratis *sequente nova gl.*?). *V.* gros.

Gratuito εἰκῇ, κατὰ δωρεάν, κατὰ χάριν II 35, 50. κεχαρισμένως II 348, 41.

Gratuitus δωριμαῖος II 282, 49. κεχαρισμένος II 348, 40. **gratuitum** κεχαρισμένον II 348, 39. gratis datum IV 83, 44; 521, 10. fortuitu⟨m⟩ uel gratis datum IV 605, 26. fortuitum uel gratis habitum V 298, 58. gratis datum uel placatum V 502, 52. gratum habitum IV 242, 19. gratum habitum, [praedator *ad* 24 *spectare videtur*] IV 587, 26. non uenditum, id est gratia datum IV 598, 53. **gratuita** sine pretia (pretio?) IV 83, 48.

Gratulatio εὐχαριστία II 320, 26.

Gratulor εὐχαριστῶ II 320, 29. συγχαίρω II 440, 52. συνήδομαι II 446, 11. **gratulor tibi** συγχαίρομαί σοι III 211, 29 = 227, 23 (συγχαίρω) = 647, 4. *Cf. Krumbacher Comment. in honorem Christii p.* 356. **gratulatur** συνήδεται, συγχαίρει II 35, 55. **gratulamur illi** συγχαιρόμεθα αὐτῷ III 214, 8 = 229, 64 (συγχαίρομεν) = 649, 6. **gratulari** gratias agere V 642, 2 (*Non.* 116, 31).

Gratum germinans εὐθαλή⟨ς⟩ III 428, 12.

Gratus εὐχάριστος II 35, 54; 320, 27; III 136, 62; 340, 73; 450, 6. εὔχαρις III 372, 79; 450, 7. προσηνὴς ἀρρενικῶς II 421, 35. προσφιλὴς ἀρρενικῶς II 423, 29. iocundus IV 412, 15 (*Isid.* X 113). iocundus uel gratiam seruans, sed (*om. a*) gratus tantum animo IV 598, 51. decens, formosus (*vel* formunsus), gratiosus IV 347, 45; 598, 52. **grata** καταθύμιος II 340, 61. χαρίεσσα, χαρίεντα II 35, 41. προσηνὴς θηλυκῶς II 421, 34. προσφιλὴς θηλυκῶς II 423, 30. **gratum** κεχαρισμένον II 348, 39. χαρίεν II 475, 34. utile, suaue, aptum IV 587, 22. **gratae** gratiosae IV 598, 37 (*v.* grate). **grata** suauia, dulcia, sinceris(!) IV 598, 36. suauia, dulcia IV 605, 23. **gratior** εὐμενέστερος II 35, 46. hilarior IV 347, 42; 598, 43; 605, 28. **gratius** προσηνέστερον II 421, 32. χαριέστερον II 475, 36. **grauius** carius V 534, 41 (*scr.* carius gratius *coll. Ter. Ad.* 39). **gratiora** duriora, peiora IV 598, 44 (*Verg. Aen.* I 199?). **gratissimus** εὐχαριστότατος II 320, 28. προσφιλέστατος II 423, 31. χαριέστατος II 475, 35. et animo et corpore dicitur *Plac.* V 24, 13 = V 72, 15 = V 107, 6 (*Isid.* X 113). iocundissimus IV 242, 2; 587, 17. **gratissima** iocundissima, acceptissima, amantissima IV 598, 46. iocundissima, acceptissima IV 605, 29. **gratissimum** lepidum IV 347, 44. lepidum et animo et corpore dicitur IV 598, 47. *V.* deo gratus.

Graulus *v.* graculus.

Grauamen βάρος II 255, 57.

Grauamenta βάρη II 34, 43.

Grauatio βάρυνσις (barasis *codd.*) III 554, 16; 618, 44.

Grauatus onustus IV 347, 46; 599, 2. **grauata** pressa IV 599, 1. **grauatum** quod [h]oneratur extrinsecus V 552, 29 (*Verg. Aen.* VIII 220: *cf. Serv. v.* grauis).

Grauedo *v.* grauido.

Graue olens βαρύπνοον II 255, 59.

Grauescella (grauascela *R*) graue sidus anni (graues id est anni *R*) *Plac.* V 24, 19 = V 72, 16 = V 107, 7 (*ubi* grauis stella *Usenerus. cf. praef. Epid. ed. mai. p.* XXIV; grauastellas graues, id est annis *Deuerling*; grauastella γραῦς, id est anus *Loewe Epid. praef. p.* XXIV; *ad* Grauiscae *refert Schoell coll. Serv. in Aen.* X 184 graue sidus = grauem aerem *servans*).

Grauesco βαρῶ II 256, 5.

Graui cura magno amore IV 83, 54 (*Verg. Aen.* IV 1); 521, 48.

Grauida ἔμβαρος III 562, 12. βαρεῖα II 255, 55. ἐγκύμων II 284, 10. praegnans IV 599, 5. praegna⟨ns⟩ IV 347, 48. **grauidae** γυναῖκες βαρεῖαι II 35, 17; 58. **grauida** βαρέα II 255, 54.

Grauidauit impleuit V 642, 13 (*Non.* 118, 9).
Grauidinosi (grandinos *cod.*) a morbo V 641, 76 (*Non.* 115, 16).
Grauido (-ed- *e*) κατάρρους II 36, 4.
Grauipes *v.* auis tarda.
Grauis βαρύς II 255, 60; III 129, 49; 330, 53. ἁδρός II 34, 61; 35, 60. στερρός II 437, 34. ἐπίτοκος II 312, 14. ἐγκύμων II 284, 10. ἔγκυος II 284, 9. βαρεῖα II 35, 30; 255, 55. uenerabilis, unde et contemptibiles leues dicimus (*cf. Serv. in Aen.* I 151; *Is.* X 112). grauis pro consilio et substantia dictus, quia dissilit (desilet *a.* qui haud des. *Buech.*), sed fida constantiae grauitate consistit IV 599, 8. **graue** βαρύ II 34, 60; 36, 1; 256, 2; III 73, 47. *Cf.* **graue** βαρύν III 129, 48. **graue** στιβαρόν II 437, 56. ἐπαχθές II 306, 21. quod per naturam est ponderosum V 552, 28 (*v.* grauatus). **grauem** βαρύν II 35, 31. ponderosam, obrutam IV 347, 47; 599, 6. **grauibus** fortibus, modestis IV 599, 7 (*Serv. in Aen.* V 114; X 207). **grauissimus** στερρότατος II 437, 35. **grauissima** βαρυτάτη II 35, 61. **grauissimum** βαρύτατον II 35, 57. **grauissimo** ἐντιμοτάτῳ II 35, 56. *V.* cras, gratus, non grauis.
Grauissime βαρυτάτως II 35, 62.
Grauitas βαρύτης II 256, 4. στερρότης II 36, 6 (grautates *cod. corr. a e*: *nisi pluralis praeferendus*); 437, 36; 561, 17 (*suppl. Boysen*). **grambas** αναστυσια (*ubi* grauitas ἀναισθησία *c;* crambas ἀναστύσια *Buech.*) II 35, 53. **grauitas** firmitas, modestia IV 599, 9; 605, 30. modestia V 413, 43 (*reg. Bened.* 7, 136; 22, 12?). **grauitates** στερρότητες II 35, 59.
Grauiter βαρέως II 34, 41; III 129, 55. uehementer aut moleste (*Verg. Aen.* VII 753. *v.* grauis, grauitas) IV 83, 51; 521, 47. uehementer IV 598, 54. *Cf. Donat. in Hec.* V 1, 32.
Grauiter commotus uehementer iratus IV 444, 6 (*Verg. Aen.* I 126); 84, 10; 599, 4.
Grauo βαρῶ II 256, 5. βαρύνω III 73, 46; 129, 50. **grauas** βαρύνεις III 129, 51. **grauat** βαρύνει III 129, 52; 450, 8. **grauauit** (grauabit?) portauit IV 444, 5 (*Verg. Aen.* II 708?). onerauit uel portauit IV 599, 3. onerauit IV 521, 23. **grauor** βαρύνομαι III 129, 53. **grauaris** βαρύνει[ς] III 159, 54. **grauatur** βαρεῖται II 34, 42.
Grauosus *v.* onustus.
Gredinunda βαδίζουσα II 36, 10 (*ubi* gradibunda *c d g: at cf. Lindsay p.* 472).
Gregalis ἀγελαῖος II 216, 12; III 488, 14 (gracilis agilius). pastor II 581, 48 (*male versum; an* = gregarius?). uilis, popularis IV 84, 4. mediocris IV 84, 20; 605, 34; V 364, 13. *Cf.* **gregalis** multitudo mediocris V 299, 10 (*v.* IV 84, 19 + 20).
Gregarius ἀγελάρχης, ποιμήν II 35, 63. ἀγελαῖος II 216, 12. ἀγελάρχης II 216, 13; III 358, 2. χυδαῖος ἄνθρωπος II 479, 21. ἀγελάρχης, βουκολικός (βουκουκος gregaris *cod.*) III 432, 18. popularis II 581, 42. dux militum V 362, 53. **gregarii** ἀγελάρχαι II 36, 11. **gregariorum** aedilra (*der edeln, AS.*) V 363, 32. **gregariis** uulgaribus IV 242, 22; 588, 38; 599, 13; 605, 33. *Cf.* **gregaris** βουκολια (βουκολικός? *cf. adnot.*) III 432, 17. *V.* regaliolus.
Gregarius homo dux IV 84, 21; *a post* 605, 32 (de grege *add. m.* 2). dux uel miles unius annonae V 299, 11.
Gregat ἀγελίζει, ἀθροίζει II 34, 59 (ἀγελάζει *Vulc.*).
Gregatim ὁμοθυμαδόν II 383, 17. *Cf.* ἀγεληδόν ⟨**gregatim** Ἀγένεια⟩ ignobilitas II 216, 15. globatim IV 84, 3; V 106, 38.
Gregorius uigilans V 106, 36.
Gregoro (gregosto *cod.*) uigilo graece V 106, 36. **gregoras** uigilas V 106, 37.
Gremia *v.* cremium, gremium.
Gremio fouet qui sinu[m] sustinet IV 84, 8 (*Verg. Aen.* I 718).
Gremiones (= cremia?) *in hac est glossa:* fragmenta gremiones III 199, 33. *sequitur:* chamata fugu: *ubi* κλάσματα fragmenta, ἀκρεμόνες *latere videtur: etsi quid* fugu *esse dicam nescio* (φρύγανα *H.* fragmenta γῆ μείων ἢ σκάμματα ζυγοῦ *'ludibundus' Buech.*). *V.* gemiones.
Gremium ἀγκάλη II 36, 7; 216, 29; 503, 62; 530, 27. **gremius** ἀγκάλη II 216, 29; 488, 42; 511, 24; 538, 16; 550, 29 (*cf. GR. L.* I 552, 8). sinus IV 522, 32; V 299, 5. **gremium** sinus V 617, 35. [graece] sinum V 299, 9. sinum IV 522, 31. signum (*h. e.* sinum) IV 84, 16 (*Verg. Aen.* XI 744). sinus et praefectura, sedes IV 242, 9; 588, 36 (sedis). sinum uel sedile IV 347, 49; 605, 35; V 502, 55. sinum uel sedile, sedis perfecta (praefecta?) uel praefectoria IV 599, 15. ulnae (!) II 581, 40. *Cf.* **gremia** δράγματα III 200, 11. *V.* in gremio, cremium, grumus. *Cf. Arch.* II 135; VIII 191, 448.
Gressi incedentes IV 599, 17.
Gressu⟨m⟩ dirigebat iter tendebat IV 84, 11 (intendebat *a*).
Gressus πορεία, βάσις, βάδισμα II 36, 5. βάδισμα II 255, 17; 491, 29; 515, 33; 542, 43. **gressum** τὸ βάδισμα II 36, 8. βῆμα III 305, 69; 511, 21. **gressus** βάσις III 490, 28. βάσις, βῆμα III 469, 51. ἐπίβασις II 307, 5. *Cf.* II 511, 29. ambulatio IV 84, 17. *V.* incessus, grassus.

Gressutus pedester IV 347, 50; 599, 12; 605, 37; V 544, 8. *Cf. Pseudaugust. categ.* 7 (animal gressutum).

Grex ἀγέλη II 36, 9; 216, 14; 490, 3; 507, 33; 538, 15; 550, 28; III 27, 25; 300, 18; 356, 35; 358, 1; 361, 58; 396, 72; 403, 69; 469, 52; 506, 51. κύννη (ποίμνη?) III 27, 24 (*in solo Leid.*). ἀγέλη, τὸ πῶν III 261, 68. multitudo IV 84, 19. **grex gregis** id est a decem capitibus et supra V 459, 10; 544, 7; IV 599, 10; 605, 39. **greges** ἀγέλαι II 34, 58; III 200, 41; 202, 48; 274, 33; 370, 74. *V.* de grege

Gri *v.* gry.

Grilis, grillus. *v.* gryllus.

Grima *v.* scina (*et Landgraf Arch.* IX 398).

Grimini *v.* grumus, **Grina** *v.* Grynaeus.

Griphus (kariphus *vel* kathyphus *cod. em. Buech.*) falsa opinio V 462, 18.

Grocire uocem coruinam minari (imitari?) V 650, 52 (*cf. Non.* 45, 15; 455, 6).

Groma *v.* gruma.

Gros orbis circulus IV 84, 22; V 364, 14 (*ubi* **gyros** orbes, circulos *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 125: **globus** orbis, circulus *Landgraf Arch.* IX 382. *Cf. Verg. Aen.* V 85. *V.* grattis).

Grosa rosaria (rasoria?) argentari⟨i⟩ V 206, 9. **crosa** ξυστήρ III 207, 44.

Grossus (grassus *cod.*) ὄλυνθος καὶ ὁ παχὺς καὶ λιπαρός II 35, 40 (*contam.*). **grusum** ὄλυνθος II 382, 40; 500, 28. *Cf.* **grossus suas** id est fici feminino genere V 107, 2 (*Vulg. Cant.* 2, 13). de fico ait, id est feminini generis V 206, 10. *Cf. GR. L.* I 96, 4; *Landgraf Arch.* IX 382. *V.* bolunda, bafer, ficos siccos.

Grossus παχύς II 400, 11; III 86, 53. ἁδρός III 13, 41. **grossa** ἁδρά III 369, 55. χονδρόν III 209, 66. *V.* grussus, crassus.

Grostus *v.* goruthus.

Grucia (= Bruttia) *v.* pix pontica.

Gruinum *v.* milium gruinum.

Gruit inuenit V 459, 15; 502, 59 (*scr.* inminet *coll. gloss. Leid.* 67 D: **gruit** imminit, incumbit *Loewe Prodr.* 118).

Gruma γνώμων II 36, 18; 264, 7. δίοπτρα ἡ τῶν μέτρων (γεωμετρῶν *Vulc.*) II 278, 25. βασιλικὴ γνώμη II 36, 23. **gauma** (gruma *adg*) ορααα (δίοπτρα? ὄπτρα *Scal.* ὀρμαία *Buech. scil.* μηχανή. ὁρμιὰ *Volkmann*) τεκτονική II 32, 26. **gruira** fust⟨ic⟩ellus horologii II 581, 36.

Gruma ἀκρομάσθιον II 223, 60. *V.* ruma.

Grumat μετρεῖ, ἐξισοῖ II 36, 17. dirigit, aequat IV 242, 21; V 522, 20; 569, 53. **grumare** dirigere, aequare V 459, 11. **grumari** καταστρέψαι, δορῶσαι (διορθῶσαι *Herald.*, διορίσαι *h*) II 36, 22. *Cf. Loewe GL. N.* 150; *Reichardt Nov. Annal.* CXXXIX *p.* 91.

Grumulus ager (*h. e.* agger: *cf. Non.* 15, 20) IV 84, 24; 599, 21; V 548, 15. ager, tractus IV 84, 23 (*Apul. Met* VI 10?); 523, 8; V 600, 45. congeries, ager IV 605, 40. a⟨g⟩gerie[n]s, congregatio cuiusque rei siue monticulus rotundus V 206, 12. **grumuli** tumuli IV 242, 13.

Grumus ager (agger *Warren*), a tumore dictus et profundus locus IV 242, 18; 589, 18. manipulus V 299, 6 (gremius *H.*). **grummum** congestio pulueris V 299, 15. **grumi** λίθοι οἱ τῶν ὅρων II 360, 58. ὅρων λίθοι (singularia non habet) II 387, 46 (*GR. L.* I 32, 21). **grimini** οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι II 36, 12 (*ubi* grumi *dg. cf. GR. L.* I 548, 27). **grum⟨i⟩** τύμβοι II 36, 20. **grumi** tumuli V 459, 12; 522, 23. *Cf. Festus Pauli p.* 96, 17.

Grunda στέγη καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν πυλεῶνα ἔξοχον II 36, 24. ὑπόστεγον II 467, 51. tectum super ostium V 459, 13. *Cf.* **grulida** porticus, fores (*male versum*) II 581, 37. *Cf. Roensch Coll. phil. p.* 152.

Grundulsis laris V 641, 73 (= *Non.* 114, 28: *ubi* grundulis *editur*).

Grunnio γρυνίζω II 265, 21. γρυνίζω III 258, 63. **grunnit** γρουφάζει III 432, 60. **grundit** γρυλλίζει II 36, 21. **grunniunt** ῥύσσωσιν II 36, 2 (γρύζουσιν *Vulc.: at cf. Hesych. in* ῥύζειν). **grundiunt** strepitum faciunt V 459, 14; 502, 58. *Cf. GR. L.* IV 199, 13; *Loewe GL. N.* 248. 249; *Meyer-Luebke 'Gramm.'* I *p.* 42.

Grunnitus porcorum est V 206, 13 (*cf. Serv. in Aen.* VII 16).

Grursapa *v.* cartilago.

Grus γέρανος II 507, 35; III 188, 18; 257, 51; 360, 46; 450, 9; 495, 33. **gruis** γέρανος II 36, 15 (*GR. L.* IV 198, 22); III 435, 37. **grues** γέρανος II 262, 50. γέρανο (!) III 318, 69; 495, 60; 512, 31. geramo (geranio?) III 624, 66. geranio III 612, 56; 591, 26; 583, 25. geranion III 564, 64. **grus** gruis IV 523, 9. grues IV 242, 12; 589, 16. greus (= grues) uel grugis IV 599, 19; V 544, 10. gruis auis IV 605, 41. si uespertilionem uiderit fugit, uipera herba⟨m⟩ dracontion timet, ex hippomane adtritas manus equus si olefecerit, insanit V 107, 3; 206, 11. **grues** γέρανοι II 36, 14. a sono uocis dicuntur V 502, 60 (*GR. L. suppl.* 244, 26; *Isid.* XII 7, 14.

Grussus setosus, pilosus, hirsutus IV 347, 52; 599, 20. setosus, pilosus V 544, 11; 600, 37 (grassus). setosus, hirsutus IV 605, 42. *V.* grossus, drusus, hirsutus.

Grusum *v.* grossus.

Grutarius γρυτοπώλης III 201, 57; 307, 28; 513, 2. *V.* scrutarius, scrufertarii. *Cf. Goetz, Comm. Woelffl.* 129.

Gruunt γερανίζουσιν II 36, 16.

Gry (gri *cod.*) id est balsamo III 539, 31. **gru** id est balsamum III 564, 12. **gri** id est balsamus III 624, 72.

Gryllus (grillus *codd.*) τρωξαλλίς II 460, 58. τριξελλας (τρωξαλίς?) II 459, 25. toxallis III 188, 44. τοξαλλίς III 258, 25. ἀττάλαβος II 250, 31 (grilis). uermis in igne manens, similis muscae II 581, 43. *Cf.* gallus, gillus.

Grynaeus (groeneus *codd.*) nemus est in Boeotia IV 444, 10 (*Serv. in Ecl.* VI 72; *Aen.* IV 345). *Cf.* **Grina** locus oraculi Apollinis fuit in Myr⟨i⟩naeorum (*suppl. Buech.*) finibus V 206, 7.

Gryphes γρύψ III 257, 56. **grupes** γρῦπες II 36, 19. **gripes** alites ferae IV 242, 11; 522, 43; 589, 8; 599, 18. quadrupedes uolucres. Donatus ait (*in Ecl.* VIII 27): gripides (?) ⟨genus auium⟩ infestum equis aput Hyperboreos oriundum V 206, 8. quadrupedes dicuntur gripedes infestum equis aput Hyperboreos oriundum V 106, 39. *Cf. Serv. in Ecl.* VIII 27; *GR. L.* VII 543, 15; *Isid.* XII 2, 17. **grifus** beluae pinnatae V 107, 1.

Grypus (grippus *ed. gloss. Scal.*) superbus, ceruicosus V 614, 34 (*cf. gl. arab.* 706, 3).

Gubernaculum αὐχὴν πλοίου II 252, 11. οἴαξ II 379, 55. πηδάλιον II 36, 31; 407, 17. αὐχένες III 354, 77. **gubernacula** πηδάλια III 29, 30; 297, 7; 354, 78. οἴακας III 434, 35.

Gubernatio κυβέρνησις II 356, 19.

Gubernator κυβερνήτης II 356, 20; 36, 25 (guber: *quamquam cf. Gundermann Arch.* VII 588); III 29, 37; 205, 37; 342, 29; 355, 1; 434, 34; 450, 10; 497, 54. magister IV 348, 3; 599, 29.

Gubernio gubernator V 569, 51. nauta V 206, 14. *Cf. Isid.* XIX 1, 4.

Gubernita κύβερνος III 297, 30; 525, 2 (*ex* κυβερνήτης *factum*). *Cf. Osb. p.* 258.

Guberno κυβερνῶ II 356, 21; III 76, 11.

Gubernum κυβέ⟨ρ⟩νιον II 36, 27. *Cf. Gundermann Arch.* VII 588.

Gufa (*vel* guffa) *v.* bicerra, cidarim.

Gufo *v.* bubo, bufo.

Gula λαιμός, φάρυγξ II 36, 32. λαιμός II 358, 11; 493, 17; III 247, 67; 469, 53; 567, 51. φάρυγξ III 349, 45; 394, 50. λάρυγξ II 358, 51; 518, 47; III 498, 65. βρόγχος III 175, 41; 407, 28; 598, 4. βρόχθος III 247, 66. βρόγχος, λάρυγξ III 310, 60. gutturum ingluuies, gurgulionem (!) IV 347, 53; 599, 23. **gubila** λαιμός III 350, 77 (*de* guila *forma cf. Birt Mus. Rhen.* LI *p.* 98). *Cf.* faux *et Schuchardt* II 199.

Gulae deditus V 662, 15 (*cf.* abdomini natus).

Gulatores λάγνοι, μάκται, καταφαγάδες II 36, 44.

Gulosus ὀψοφάγος II 36, 33; 391, 38; III 335, 34. λίχνος II 361, 48; III 76, 59; 179, 31; 251, 58; 335, 9; 338, 66; 372, 80; 450, 11; 529, 56. popinator, tabernio IV 444, 2. tabernio, popinator IV 347, 25; V 600, 55. helluo, adsumptor IV 347, 24. helluo, assumptor, tabernio, popinator IV 598, 8. uentriculosus IV 348, 1; 599, 24. *V.* ganeo, habilis.

Gulosus puer (*cf.* abdomini natus: *v. Ind. Ien.* 1888 *p.* VII) V 662, 16.

Gulluca καρυοτομία (?) II 36, 26 (*ubi* gulioca *Scal. ad Fest.*). **guttuliocae** κάρυα μακρὰ παρὰ Λουκειλίῳ (*ed. L. Mueller, inc. fragm.* LXXX) II 36, 34 (*ubi* ἄκρα *pro* μακρὰ *Osann p.* XI, μικρά *Buech.*: gulliocae *cd: cf. Festus Pauli p.* 98, 12, *ubi* gulliocae *edunt, et p.* 50, 12, *ubi* culliola *est*). *Cf. Loewe Prodr. p.* 299, *Ribbeck Arch.* II 121, *Nettleship 'Contr.' p.* 425. *V.* gallicola.

Gulula ποδογλύφιν (ποδογλυφεῖον *e*) II 522, 46. *Cf. Is.* XIX 19, 15; *Diez* I gubia.

Gumba cuneus, crypta IV 347, 51; 599, 22; V 600, 38 (*an pro* catacumba? (*cf. Ducange sub* cumba). *V.* cuneum.

Gumen lacrima arboris III 495, 62; 512, 59. cameus (= κόμμεως) III 545, 17. resina de cersario (= cerasario!) aut prunario III 601, 34. resina III 624, 57. *Cf.* cumeus id est de terana III 620, 12. **gummi** *liorro (*vel* lietro = electro) III 544, 65. **gumme** lectro (= ἤλεκτρον) III 547, 47. **gumeus** lecteo III 592, 33. lecte¦¦s III 626, 10. **gumeneus** lecteo III 613, 64. *V.* cummi, cucurbita siluatica, resina.

Gumen cerasi cumeos (= κόμμεως) III 555, 54.

Gumen gulio pargule V 569, 49 (gurgulio pars gulae *recte H.*).

Gumen hederae cisseos (*vel* ciseos: *h. e.* κισσός) III 556, 16; 619, 44.

Gumen oliuae eliasdrage III 562, 9 (ἐλαίας δάκρυα?).

Gumen sciso (*h. e.* gumen κισσοῦ) rasina (*pro* res.?) de hedera III 590, 69; (ederae) III 612, 21; 624, 34.

Gumen spano gumeus (= κόμμεως) III 612, 28; 624, 48. gumeo III 583, 13. **gumespano** rasina hederae III 564, 72. **gummi spano** gummeus III 546, 56. **gumeus spano** gumeos III 591, 8.

Gumma (= gunna?) tegorium *Scal.*

V 601, 1 (guna *et* tectorium *vel* tegumentum *Graevius*).

Gunnarii *v.* artepellones.

Gurdus ἀγυρτής (*cf.* rullus) III 307, 5. ομβλος (ἀμβλύς *Vossius*, φαῦλος *Buech.*) III 450, 12; 481, 49. ineptus uel inutilis IV 84, 28. ineptus, inutilis IV 523, 7; V 107, 10; 206, 17. lentus, inutilis V 601, 2. **gurda** inutilis V 206, 15. inepta, stulta V 206, 16. *V.* brutus, hebes, obtunsus.

Gurges κλύδων II 351, 6; III 245, 60. βυθός II 260, 42. χόνη ποταμῶν II 36, 29. mare uel flumen praeruptum IV 444, 11 (*Verg. Aen.* VI 296). mare uel collectio aquae IV 84, 31. locus altus in mare uel in flumine IV 84, 27. altus locus in flumine IV 347, 54 (*cf. Isid.* XIII 21, 4). altus locus in fluminibus V 299, 19. altum in fluminibus et profundus locus IV 242, 41. altus et profundus locus in fluminibus IV 589, 17. **gurgis** locus in mari uel in flumine IV 523, 3. locus IV 523, 2. **gurges** undae impetus IV 347, 55. undae impetus, fouea uel aquae uel altus locus in flumine, profundum mare uel flumen praeruptum IV 599, 25. **gurgitem** foueam, fossam IV 523, 4. magnitudo (!) uel cumulum undarum IV 84, 30. **gurgite** βυθῷ II 36, 28. **gurgites** ἴλιγγες II 36, 37 (*cf.* **gurg⟨it⟩es tremoli** ἴλιγγες III 433, 40). **gurgitibus** fluctibus, undis IV 523, 5; 599, 30 (*cf. Serv. in Aen.* III 564). *Cf.* **gur** locus altus, profundus, fouea V 502, 61. *V.* triundali gurgite.

Gurgo *v.* garro.

Gurgulio λάρυγξ II 358, 51; 494, 72; III 12, 38; 175, 39; 247, 57; 310, 67; 350, 76; 431, 59 (? αραξ *cod.* φάρυγξ ?); 498, 64; 529, 2; 59. φάρυγξ III 85, 66. đrotbolla (*vel* throtbolla, *AS.*) V 362, 45. quae pulmonem continet, gula enim est III 601, 31. guttur quod Graeci λάρυγξ dicunt V 206, 19 (*cf. Serv. in Georg.* I 186). *V.* curculio, gurgustium gumen gulio.

Gurgustiolum angusta habitatio et latens, tractum a gurgite IV 84, 32. antrum secrete angustum *Plac.* V 24, 5 = V 72, 18 = V 107, 9 (*ubi* secretum *cod. Vat.* 1469: *unde* secretum et *proposui Ind. Ien.* 1886 *p.* VIII). **gurgu⟨s⟩tiolis** (gurgutistis *codd. vel* gurgitis) pisces IV 605, 50 (*quam glossam explica ex Vulg. Iob* 40, 26 *et gl. hac:* **gurgustium** domus piscatoria V 363, 16). *Cf. Osb. p.* 264.

Gurgustium tegurium humile et tenebrosum IV 242, 39; V 522, 22 (humilem). casa breuissima (!) pauperis V 459, 16. **gurgutium** domus pauperis IV 84, 29; V 206, 23. cellula modica V 206, 22. **gurgitium** domus pauperis V 299, 23; 364, 19. **gurgutium** casa breuissima pauperis uel tabernio IV 348, 2; 599, 26 (tabernio *nescio quomodo pro* taberna *positum*). **gurgitium** alii popinam sordidam, alii ubi includuntur porci putant V 459, 17. popinam sordidam uel ubi porci includuntur V 503, 1. **gurgustium** taberna humilis V 299, 20 (gurgustum). domus piscatoria V 363, 16 (*cf.* gurgustiolum). cesol (*AS.*) V 362, 47. *Cf. AHD. GL.* I 497, 6 *et* uentriculus. **gurgustium** gutturem (!) V 206, 20. **gurgustia** (*vel* gurgutia) loca tabernorum (!) tenebrosa, ubi conuiuia turpia fiunt IV 84, 26; 242, 40; 523, 6; V 206, 21 (tabernarum); 364, 20 (tabernarum loca: *cf.* V 299, 21). loca tenebrosa ubi conuiuia turpia fiunt tabernariorum V 522, 29. *Cf.* **gurgulio** (gurgustio *a*) οἰκημάτιον βραχύ II 36, 38. *Cf. Festus Pauli p.* 99, 3.

Guro γυρεύω II 265, 48. *V.* gyro *sub* circumeo.

Gustarium βουκκισμή II 36, 47 (*ubi* βουκκισμός *Vulc.: quo non opus*).

Gustatio γεῦσις II 262, 63; III 348, 66.

Gustator πρωτογεύστης II 36, 40.

Gustatorium γευστήριον III 368, 15. γεύστριον II 262, 64. γευστ⟨ρ⟩ίδιον II 36, 48 (*add. d*).

Gusto γεύομαι II 262, 62; III 74, 8; 132, 9. **gustas** γεύῃ III 74, 9 (gebes); 132, 10. **gustat** γεύεται II 36, 43; III 132, 11. **gusta** γεῦσαι III 132, 12. **gustare** βουκκίσαι II 36, 42. **gustassent** sumpsissent IV 599, 27 (*Verg. Aen.* I 473).

Gustus γεῦσις II 262, 63; 491, 30; 515, 31; III 25, 18 (gustum); 450, 13. γεῦμα II 262, 61; 542, 42; III 132, 13 (gustum); 184, 62 (*item*); 469, 54 (*item*). γεῦμα γαρισμή (*ubi* γαργαρίσμη *d.* χάρις, ὀσμή *vel* γνώρισμα *c.* γάρισμα *W. Heraeus 'Spr. des Petr.'* 4) II 36, 39. *De* gustum *cf. W. Heraeus l. s. s.* 42.

Gutta σταγών, ῥανίς II 36, 45. σταγών II 436, 21; 518, 49. ῥανίς II 427, 28; III 157, 19. σταλαγμός II 540, 50; 553, 11. ψακάς II 479, 58 (ψεκάς *Vulc.*); III 469, 55. ψεκάς III 165, 23; 294, 17. στακτή II 436, 35. **guttae** σταγόνες III 9, 51; 83, 39; 347, 12; 393, 15; 504, 3. σταλαγμοί II 36, 49; III 407, 25. ψεκάδες III 165, 24; 169, 4. σταγόνες, ῥανίδες III 425, 46. ψεκάδες, σταλαγμοί, σταγόνες, θρόμβοι III 244, 55.

Gutta myrrae smirne, hoc est basicon III 575, 68 (basilicon *Buech.*). stantin (= στακτήν) III 575, 63.

Guttat σταζει II 36, 46. parum fluit, quasi rotat (rorat *Buech.*) V 206, 24. **gutat** paulatim pluit V 299, 18. **guttit** paulatim pluit V 364, 21. *Cf. Osb. p.* 263 (**guttitare** saepe **guttare,** quod et guttire dicitur). *Cf.* **guttit** stillicidium, id est guttae quae ab altitudine cadent V 459, 18; 503, 2.

Guttatus color in equo albus nigris interuenientibus punctis V 206, 25 (= *Isid.* XII 1, 50).

Guttur λαιμός, φάρυγξ II 36, 50. λαιμός II 358, 11; 501, 59; III 175, 40 (gemos). φάρυγξ III 407, 29. λάρυγξ II 358, 51; 506, 15; 526, 33; 543, 60; 547, 39. βρόγχος II 260, 17; III 349, 46; 351, 41; 394, 51; 554, 10 (brancos); 618, 38 (bruncos *et* guttor). βρόχθος III 247, 66. γένυς III 247, 65. gluttum IV 599, 28; V 600, 56. **guttor** gluttum IV 347, 56 (guttur *a b c d e*); V 544, 12. *De* guttor *cf. Landgraf Arch.* IX *p.* 386; *GR. L. suppl.* 114, 30. *V.* ingluuies.

Gutturnia gutturis inflatio *Scal.* V 601, 5 (*cf. Osb. p.* 252 gutturina, *Diez* II *c* goître).

Gutturnium *v.* guturnium.

Gutturosus λαίμαργος II 36, 41.

Guturnium βαθμός, προκοπὴ ὡς Βάρρων II 36, 36.

Guturnum εἶδος σκεύους ὀστρακίνου II 36, 35 (*cf. Festus Pauli p.* 98, 13, *ubi* gutturnium). **gutturneo** gutto *Plac.* V 24, 15 = V 72, 17 (guto).

Gutus ampulla breuis a breuitate dicta in quo oleum fertur V 654, 16 (*Iuvenal.* III 263; XI 158). **gutum** ληκύθιον παρὰ Ἰουβεναλίῳ (III 263) II 36, 30. **trulleum** et **gutum** et **aquiminale** χέρνιβον, ξεστόν (ξέστην *d*) II 202, 31 (*v.* aquiminale). βομβύλιον **gutum** III 324, 65.

Guna uentosa V 614, 35 (*cf. Isid.* IV 11, 3; *Rose ad Cass. F. p.* 210). *V.* cucurbita uentosa.

Gyaro *v.* Cearon.

Gylogus est famulus, hinc gilosis famulatio V 620, 7 (*ubi nescio an δοῦλος et δούλωσις scribendum sit*).

Gymnades mulieres Lacedaemonicae lingua galica (*vel* gallica; graeca?) V 600, 64; 634, 58. mulieres Lacedaemonicae IV 603, 31.

Gymnasia exercitatio IV 522, 49; 588, 40. exercitatio est, palaestra ipse locus agonum uel ubi unguntur palaestrae (palaestritae *a b*) luctatores IV 241, 42 (*v.* palaestra). *V.* gymnasium.

Gymnasiarches qui princeps est in gymnasio IV 241, 38; 589, 1.

Gymnasium γυμνάσιον III 306, 12. et palaestra est et adiutorium (auditorium *Warren*) magistrorum: unum dicitur a nuditate, alterum ab exercitatione IV 588, 39; 241, 37 (palaestra et *et* et alterum): *cf. Isid.* XV 2, 30. locus ubi athletae nudi exercitantur: gymnus enim nudus dicitur IV 522, 48. locus (*vel* locum) ubi athletae nudi exercitantur: gymnos enim nudus dicitur, geminasi⟨a⟩ exercitatio IV 82, 54; V 205, 21. exercitationis locus, ubi aliquid docetur uel priores conueniunt, deambulatorium IV 599, 31. **gymnasius** locus ubi athletae nudi exercitantur V 106, 13. exercitationis cella philosophorum graece V 205, 22. **gymnasium** deambulatorium IV 603, 32 (gemn.). **geminasium** scola philosophorum *cod. Bern.* 258 (*Loewe Prodr.* 150). **gymnasium** scola IV 522, 47. exercitationis locus, ubi aliquid docetur IV 412, 18. locus ubi aliquid docetur V 448, 52. graece ubi exercentur V 298, 21 (gemm.). locus exercitationis V 298, 33. exercitatio milit[ar]um V 298, 36. **gieminarium** lauacrum *Scal.* V 600, 63. **gennasium** locum in balneis disputatorum est sed (et?) scholae V 634, 57. **gymnasia** dicuntur loca in quibus nudi homines exercentur: unde omnium prope artium exercitia gymnasia dicuntur *Plac.* V 24, 11 = V 72, 2 = V 106, 16. sunt loca quibus exercentur uariae artes, maxime philosophia, uel in quibus iuuenes coram potentibus iocabant IV 589, 2. aedificia balnearum [consummata ac perfecta: *ubi* gomer consummata ac perfecta *cod. Epin.*: *cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI 460] V 363, 6. **gymnasias** thermas, lauacra, balnea IV 412, 17; 599, 32. **gymnaside** seu **gymnasile** (*h. e.* gymnasia) lauacrum, balneum, quod et gymnale (?) dicitur IV 588, 41. **gymnaside** lauacrum, balneum IV 241, 39. **gymnases** habitacula ubi philosophi exercentur V 205, 20. **gymnasia** exercitatio, palaestrae V 363, 40 (*v.* gymnasia). ludi palaestrici, id est athletarum IV 83, 1; V 205, 19. ubi nudi homines turpiter ludunt III 513, 15. thermae, balnei, arenae exercitium, ut est patromius (hippodromus?) graece IV 603, 30 (gemn.). **gymnassis** balneis V 362, 48. *V.* gymnos. *De scribendi genere cf. Birt Mus. Rhen.* LI *p.* 106, 3.

Gymnicus agon locus ubi leguntur diuersae artes V 363, 3 (*cf. Hieron. de v. ill.* 22). *V.* equus gymnicus.

Gymnos nudus IV 241, 40 (*cf.* III 513, 14). graece nudus, unde gymnasium, id est theatrum ubi oleo peruncti luctantur *m. 3 post* IV 589, 8. enim nudus

dicitur V 106, 14. nudos V 363, 39. *V.* gymnasium.

Gymnosophistas qui nudi per eremum ambulant V 298, 35.

Gynaeceum textrinum IV 82, 55 (*Ter. Phorm.* 862). **geneceum** graece quod est latine textrinum V 298, 29. **genicium** textrinum graece V 634, 59. **gynaecium** textrinum IV 348, 4. **gynicium** textrinum IV 522, 50; 599, 33; 605, 51. *V.* gineum.

Gyne mulier, θήλεια femina IV 589, 6 (gynix *codd.*).

Gypso *v.* ceso.

Gypsum γύψος III 190, 23; 268, 36. **gypsus** γύψ⟨ος⟩ III 132, 53. sparen (*vel* sparaen, *AS.*) V 362, 52. est genus calcis uel terra tenax V 620, 5 (*GR. L. suppl.* 273, 34).

Gyptus *v.* git.

Gyrgillus *v.* girg.

Gyro *v.* circumeo (*cf. Loewe Prodr.* 413). *Cf.* guro.

Gyrouagum circumuagantium V 413, 40 (*reg. Bened.* 1, 21).

Gyrus circulus III 601, 30. *V.* gros, cypys.

Gytus *v.* git.

H.

Ha φεῦ II 470, 38.

Habemus quid cenare ἔχομέν τι δειπνῆσαι III 516, 35.

Habena ἡνία II 4, 40 (ab.); 325, 20; III 241, 8; 273, 19. ἱμάς II 332, 10; 493, 19; 540, 52; 553, 13. λῶρος II 363, 44. σκῦτος II 434, 29; 496, 71; III 24, 35; 194, 26. **habena** id est lorum per b, **auena** id est herba per u scribitur (*om. R*) *Plac.* V 25, 4 + 5 = V 72, 20 = V 107, 34. *Cf. Isid. Diff.* 46; *GR. L.* III 490, 14. **auena** per u litteram herba est, per b uero lorum quibus equi (*vel* qui) retinentur *Plac.* V 49, 1. lora quibus equi retinentur V 107, 11 (habenae?). **habenae** ἡνίαι II 67, 52; III 24, 30; 327, 5. frena equorum IV 523, 19. frena, lora, retinacula V 299, 57. frena equorum, lora, retinacula IV 243, 4. ⟨**h**⟩**abenas** retinacula iumentorum V 435, 15; IV 301, 14 (*cf. GR. L.* VII 296, 14). loramenta equorum V 442, 1.

Habenti διέποντι II 67, 51.

